



Herbal










M. xv.

93627



Herbarū vires macer tibi carmīe dicet.



¶ Cum bonis ambula.
Mors peccatorum pessima.
Sic vtere tuo, vt alieno non egeas.

Robertus dumus ad iuuenes.

h Oc opus a teneris, monuit catho voluere ab annis.

Quod redolet artes maxime phebe tuas.

Artes peonias quisquis callere per-optat:

Huic facilem poterit indigitare viam.

Floribus ex variis veluti flagrantia mella

Cōstruere in thalamis prouida nouit apis,

Artis sit medicę macer monumēta reuoluens,

Iudicio cerpsit vtiliora suo.

Hos macri gustate fauos iuuenesq; senesq;:

Vtriq; nam possunt dulcia mella dari.

Attamen ista dabis iuuenili cautius ęuo:

Ętati calidę feruida quippe nocent.

Guero alsdus studii dudū cadomensis alūnus:

Hydromella puer pocula sana dedit.

Hydromella quidem sunt cōmentaria vbiq;:

Que bene rhetorico sparsa liquore placent.

Verba palęmonię redolent: artesq; loquendi:

Languidus his medicā sentiet ęger opem.

¶ Sectabiles viros dños ⁊ magistros Johan-
nem courtinũ ac Natalẽ stephanũ artiũ ⁊ medici
ne doctores illustrissimos. Guillermus gueroal-
dus suorũ discipulorũ minimus supplicacissima i
partitur salute.

Quaniũ i hoc famigerabili cadomẽsi gym
nasio / vr̃a vtriusq polleat auctoritas pre
sertim in saluberrima medicine facultate
ita exploratũ est vt lõga verborũ insinuatiõe mini
me sit opus. Ipsa siquidẽ medicialis pfessio / vo
bis aurigãtibus eo gubernat moderamine vt in-
dies magis atq magis efflorescere videat nec i-
merito. vos eni a tabifico iuidie veneno lõge ab-
horrẽtes tam indissolubili amore inuicẽ deuicimi
ni. vt qd vni vestrũ sit cordi nũq iprobet alter. hic
et vt vno alo / vnoq mẽtis affectu discipulorũ ve-
strorũ incũbatis vtilitati atq cõgratulemini ipsisq
vos parentũ loco diligãt / amẽt / venerẽtur. Ne igr
immeritatis simul ⁊ igratitudinis vicio venia inst
mulãdus me aliqd attẽtaturũ qd ad hypocraticã
ptineat disciplina nephas existio cuius vestrũ prius
nõ explorauerĩ cõsiliũ nisi quoq vr̃a interuenerit
censura atq auctoritas. His diebus pris ingenij
exercitandi gr̃a i marci floridi de viribus herbarũ
opusculũ pueriles quasdã excudi iterpretaciũcu-
las q̃ licet minoris sint momẽti atq põderis q̃ ve
stros debeãt subire cõspectus. Vobis tñ p̄cepto-
res obseruãtissimi maxia cũ reuerẽtia offero dis-
cutiẽdas: vt si id editiõe prorsus indignũ decreue
ritis ppetuis maneat in tenebris: sui p vestra ige
nij mansuetudine vel puerulis litterarijs aliquid
vtilitatis allaturũ videritis vestro auspicio emer
gat in lucem. Valete felices.

¶ Guillermi gueroaldi in Macri floridi medici et poete excellētissimi iterpretatiūculas prefatio.



Ui latine vsus herbarū scripserint et quādo ad romanos earū notitia peruenerit/ et q̄ primi grecorū de his cōposuerint/ et de herbarū inuentione Plinius insignis et orator et medicus (A quo Macer floridus hoc fere deprōpsit opusculum) libro vigesimo quinto naturalis historie copiose atq̧ eleganter differit. Que forte nō inepte aut incassum hic in mediū afferri possent quia tamen hec altiora sunt atq̧ maioris pōderis q̄ puerorum litterariorum ingenia (gratia quorum hoc opus tenui quoddam stilo interpretandum suscepimus) expetant: hec consulto dissimulanter preterimus. Nonnulla tamē quibus sequens interpretatiuncula clarior reddatur et magis peruia. sumus deo duce prelibaturi. ¶ Medicinarum alie sunt simplices: alie composite. De compositis auctor interscribendum de simplicib⁹ obiter pauca interserit. Medicinarum simplicium (inquit Auicenna) alie sunt de plantis/ alie de mineris alie de animalibus. ¶ Que sunt de mineris et animalibus Macer intactas penitus relinquit De plantis igitur et earum viribus aliqua scribere sua versatur intentio. Earum vero que sunt de plantis/ alie sunt folia/ alie semina alie radices/ alie virge/ alie flores/ alie fructus/ alie gummi/ alie tota planta sicut est. Hec igitur (vt paucis absoluam) nostri est farrago libelli. Non tamen de singulis huiusmodi plantarum speciebus est disseraturus: sed de nonnullis que in frequentiori me-

q̄ sit h⁹ opusculi materia.

licorum vſu verſant verſibus determinabit. Nūc
quid hec vocula vires ſibi velit dicendum occur
rit. Taceo ꝙ apud oratores modo virtutem deſi
gnat. Virg. Multa vi imminet albā. Modo poſ
ſibilitatem. Idem. Non ea vis animo nec tāta ſu
perbia victis. Aliquando violentiam. Idē Que
vis immanibus applicat oris. Hec ſignificantie
oratoribus peculiares ſunt. A medicis vero nūc
potentiam nunc formā ſpecificam ſignificat. Sed
quid potentia quid forma ſpecifica operepreciuȝ
eſt enucleare. ¶ Medicina dicitur calida vel fri
gida humida vel ſicca. In potētia que poſtꝙ ap
plicata eſt humano corpori ⁊ paſſa a calore natu
rali inducit caliditatē vel frigiditatē humiditatē
vel ſiccitatē. Non ergo dr̄ calida aut frigida ꝙ in
ſua ſubſtantia ſit actu calida aut frigida. ſed ꝙ ꝓ
pter ipſam (vt ait princeps) in corpe hois puenit
caliditas aut frigiditas maior illa quā ex ſe habe
bat. quod a galeno i tegni optie annotat. ¶ For
mā vero ſpecificam medici intelligunt nō qualidi
tates primas calidū fri. hu. ⁊ ſic. nec ꝯplexionē q̄
ex mutua actione ⁊ paſſiōe ipſaꝝ primaꝝ qualita
tatum cōſurgit. Sed quandam ꝑfectionē/ quā ac
quiſiuit materia ex cōplexiōe ſicut in magnete vir
tus attractiua ferri. ¶ Hanc formā ſpecificam
nonnunꝙ occultam ꝓprietatem dicimus. ¶ Un
de Pla. Dotauit quidē natura res ꝓprietatibus
Omnino eni quodlibet/ ſecundum qđ meret a ſpē
ſua agit qđ ꝓpriū eſt. ¶ Et vt dyalectice loquar
Nichil aliud eſt forma ſpecifica ꝙ naturalis po
tentia agendi vel patiendi de ſecunda ſpecie qua
litatis ſe habens ad totam ſubſtantiam ſicut riſi
bile ad hominē vt Jacobus de ꝑtibus teſtificat.

q̄d hoc nostri viri res aſ pō me. ſibi velit.

q̄d medicina calida frigida i potentia.

q̄d forma ſpecifica

¶ Et quoniam hoc in opere creberrime occurrit herbam calidam aut frig. in primo aut secũdo tertio aut quarto gradu. quid gradus quot gradus que graduũ differẽtia supest dicendũ. verũ i pmis nõ lz ignorare gradũ ab astronomis & medicis vario mõ vsurpari. ¶ Astronomi diffiniũt gradũ circuli hoc mõ gradus circuli est ipsi9 circuli trecentesima & sexagesima pars. Diuidũt eĩ itellectu quẽlz circulũ in 12. signa & vnũqdq signũ in 12. grad9 At duodeci ducta seu multiplicata in 30. cõficiũt ercentũ sexaginta/quare cuiuslz circuli sunt tercẽtum sexaginta gradus. Sed de his gradibus nichil ad pñs. ¶ Gradus apud medicos est maxie natura qualitatis in quattuor intẽsiõe equas partes diuise qlz quarta ps aut quarte equalis vt ex Jacobo stapulẽsi viro vtiq nostre etatis oĩm philosophantiũ (vt arbitror maximo colligit) Quattuor igi gradus in medicinis reperiũtur qbuis in quolz gradu tres methe seu mãsiones possint assignari vt Haly diligẽter annotauit in tercio tegni sup illo canone. Velut si ita accidat &c. ¶ Horũ aũt differentiã priceps auicẽna hũc in modũ dilucidat. ¶ Et gradus quidẽ eorum primus ẽ illud qd cũ comedit & bibit: & quo fit iniũcto efficit ĩ corpe sua qualitate opationẽ nõ pceptã: sicut cũ calefit aut infrigidat & non percipitur neq sentitur calor aut frigiditas nisi postq reiteratũ fuerit & multum factum fuerit. ¶ Et gradus secundus est vt sit operatio fortior ista: sed tamen nõ peruenit ad impediendum operationes manifeste neq cursuz earum mutat naturalem. nisi per accidens aut cũ multotiens aduenit & est multum. ¶ Et tertius qdem gradus est vt ex operatiõe eius essentialiter

Quid grad9 sm astronomos.

Quid grad9 sm me

Quot grad9

gradu differã prim9.

Scds.

terti9.

prouenlat impedimentum manifestum sed nundũ tameu peruenit ad corrumpendum ꝛ mortificandum. ¶ Et quartus estvt ad mortificandum perueniat et corrumpendum. Hec Auicenna. Qui autem exactiorem de gradibus medicinarum determinationem voluerit Jacobi fabri stapulensis dyalogos difficilium phisicaliũ ac geraldi de solo super nouo almansoris libellum non segniter euoluat. ¶ Et quia vnaqueq; disciplina peculiares habet dictiones que in ea frequenter legentibus occurrunt. Jdcirco ne hic idem multotiens inculcare sit necesse nõnullos huius opusculi terminos prelucidandos velim. Hos autẽ plebeios versiculos breuitas gratia pro eorũdem terminorum explanatione duxi subiungendos. Tunc cathaplasma facis cum succum ponis et herbas. Dicitur epythima de succis vnctio pura. Membraq; sacellas/sacco pleno medicina. Si fumum recipis est famigatio dicta. Dicitur emplastrum queuis confectio dura. Cum spongijs madidis sit fomentatio sola. Unguentum faciũt oleum cera cum speciebus. hec suntvocabula quibus medici in medicinis administrandis peculiaritervtũtur. ¶ Et quia medici sub certa dosi. id est pondere ꝛ mensura sua disponunt medicamenta: idcirco non fuerit ociosum ponderum ac mensurarum varietates hic subnectere. Et quia (vt diximꝰ auctor noster suum opus maiori ex parte a Plinio descripsit idcirco ipsius Plinij verba de mensuris et ponderibus veniunt commemoranda libro.27.capi.34. Et quoniam in mensuris ꝛ ponderibus crebro grecis nominibus vtendum est interpretationem eorum semel in hoc loco ponemꝰ.

quartꝰ

cathaplasma.

epythima.

Sacellatio.

Fumigatio.

emplastrum.

Fomẽtatio

vnguẽtum

de mẽsuris ꝛ ponderibꝰ

¶ Drachma attica (fere enim attica' obseruatione medici vtuntur) denarij argenti habet pondus. Eadem quoqꝫ sex obolos pondere efficit. Obolus decem calchos. Cyatus pendet per se dragmas decem. mnia quam nostri vocãt mniam pendet drachmas atticas centum. hec Pli. ¶ Recẽtiores vero medici his nominibus in mensuris et ponderibus vtuntur. Scrupulus (qui viginti granis triticeis equipõderat. ¶ Drachmã efficiunt tres scrupuli. ¶ Aureus/solidum ⁊ exagium solius nominis in terstitio discrepãt pendentqꝫ vni⁹ dragme pondus. cum dimidia. ¶ Dragme nouẽ vnciam constituunt: libra vero ex vncijs sexdecim consurgit. Cotilla est pondus nouem vnciarum. emina est medietas sextarij: ⁊ sextarius est libr.ij. et semis. Ciatus est pondus vncie vnius ⁊ semis. Siliqua est pondus quattuor grauorum obolus est põdus duodecim grauorum.

Cur herbe nõ sũt depicte.

Cur vero herbarum picture hic non fuerint effigiate. Plinij rationem afferam in medium libro.25.cap. secundo Pinxere quedam effigies herbarũ atqꝫ subscripsere effectus. Uerum ⁊ pictura fallax est ex coloribus tam numerosis presertim in emulatiõe nature: multumqꝫ degenerat transcribẽtium sors varia. Preterea parum est singulas earum etates pingi cum quadripartitis varietatibus anni faciem mutent. hec Plinius. Sed non vos ab huius vlteriori lectione deterreat. iuuenes optimi si forte aliquid fuerit prelibatum quod vestra non

Interpretandi modus

demulceat ingenia. Nam que reliqua sunt tam familiari prostituam interpretatione. vt vel pueruli litterarij facile capiant: eoqꝫ ordine sum pro secuturus vt familiarem littere ordinem textui subij-

ciam.nonnulla tamen cum ad medicinam tum ad oratoriam pertinentia sum(modo parenthesis) inter positurus. Adijciamqꝫ forte nonnulla parum per digrediendo per locorum itercapedines. que adolescentum animos poterunt oblectare. Sed obmissis preladijs in veram aciem descendere est tēpestiuum.

De arthemesia herba.i.





Erbarū quasdā dicturꝰ carmine vires
Herbarū matrē dedit arthemesia no
Cui grecus sermo iustū puto (men.
ponere primo.
Huius opē fertur ꝑ or iuenisse diana
Arthemis grece que dr̄, ideo nomen
Herba tenet: quia sic inuentrix dicitur eius.
Precipue morbis mulieribus ista medetur.
Mēstrua deducit eius decoctio sumpta.
Hocq facit matrix si sepe fouetur eadem.
Uel si cruda mero sociata terendo bibatur.
Aut si trita virens super aluum nocte ligetur.

¶ Herbarum quasdam dicturus. ꝛc.

Ab arthemesia carmē suū auspicatur poeta cuiꝰ nois originem imprimis declarat Nonnulli arthemesiam ab arthemesia vxore mansoli regis carie (que huic herbe prima nomē indidit) deductā volunt. Hec autem arthemesia (vt litterarum monumenta testantur) sepulchrumviro suo extruxit (qđ mansoleū voluit cognominari) tante magnificentie tantiq decoris atq ornatus vt inter septē orbis miracula connumeretur de quo Marcialis. Aere nec vacuo pendentia mansolea. Alij ab arthemide. i. dyana arthemesiam dicunt (arthemys enī g. dyanā latine signat) qm̄ sicut dyana a parturientibus inuocabatur (vt in comedijs videre est) itidē hec herba priuati medicatur feminarum malis vt testatur. Pli. iuno siquidē a iuuando ꝛ lucina ꝙ partū edat in lucem dicuntur. Nam dyana iuno atq lucina idē sibivolunt Sed ad familiarē littere structura est veniendū. Ordo. Ego macer

huius nomis arthemesia primaria origo

dicturus.i.volens describere vires.i.potentias ⁊ ꝓprietates quasdā.l.aliquas herbarū puto.i.existimo iustū.i.iuri ⁊ rōni consonū ponere.i.describere primo.i.in primo loco matrē herbarū. (iustum est eni vt mater suis preferatur liberis) cui herbe grecus sermo dedit.i.imposuit nomen.s.arthemesia dyana fertur.i.dicitur inuenisse opē.i.vires illius herbe et proprietates prior.i.prima que dyana dicitur grece arthemisq3.i. ⁊ herba tenet.i.obtinet nomen inde.i.illā ob causam q2 ipsa arthemis.s.dyana dicitur inuētrix huius herbe ista herba medetur.i.opitulatur precipue.i.ex speciali q̄dam natura morbis mulierib9i. feminarū vt post hec dilucebit decoctio eius herbe sumpta deducit.i.prouocat menstrua.i.superfluitates sanguineas mulierum. ¶ Mēstrua siquidem a mense dicuntur ꝙ mensibus singulis mulieres peripartes pudibundas hec profluuia emitttere soleant nisi etatem pariendi aut nundū attigerint aut iam excesserint aut grauide extiterint. Nā mēstrua in mulieribus fiunt (vt testatur Galenus) ex intentione ne nature generatiue. Menstrua igitur si in iusta quantitate nō defecerint aut eā nō excesserint cause sunt sanitatis si vero aut defecerint aut excesserint cause egritudinis vnde. Hyppocrates. Mēstruis plurimis euenientibus accidunt egritudines: ⁊ nō eueniētibus a matrice accidūt egritudines.sed ad litteram reuertamur.decoctio.i.aqua decoctio.i.aqua decoctionis huius herbe deducit menstrua (si in tempore a natura deputato non fluxerit) et hec herba facit hoc.i.deducit mēstrua si matrix.i.illud membrū in mulieribus generationi deputatum fouetur.i.fomentetur eadē herba.

q̄quidē fomentatio fit applicādo spōgiā pānum
ve ligneum madefactum in aqua decoctionis illi
us herbe membro dolenti ⁊ egrotāti: vel hec her
ba deducit menstrua si ipsa cruda bibatur socia-
ta mero. i. vino Aut si ipsa herba trita. i. contrita
ligetur virens idest viridis nocte. i. per noctem su
per aluum. i. supra regionem matricis
Pellit abortiuum potu vel subdita tantum.
Duricias stericas soluit: pellitq̄ tumorem.
Urinam potata ciet: lapidesq̄ repellit.
ictericosq̄ iuuat cum vino sepius hausta.
Hanc adipi iunctam strumis apponere laudat.
Plinius: atq̄ iubet cum vino sumere tritam.
Hec opium nimium si quēquē leserit haustum,
Subuenit eximie; si vino iuncta bibatur.
Affirmant quidam quisquis gustauerit illam
Quod nullo valeat nocuo medicamine ledi.
Et q̄ eum morsu non appetat vlla ferarum.
Radix illius collo suspensa rubetis
ad mor[illegible] Dicitur ⁊ cunctis nocuis obsistere ranis
sang[illegible] Succus ad hoc eius cum vino proderit haustus.
musto. Si ~~mixto~~ contrita recens seruabitur herba,
Uinum predictis reddit medicabile morbis,
Et sapor est et odor vino gratissimus illi:
Confortat stomachū; sanat precordia sūptum:
Et multis aliis affirmant vtile caussis
¶ Pellit. ⁊c. hec herba pellit abortiuū. i. infantē
in vtero matris p̄ focatū potu. i. potione succi illi
us vel ipsa subdita. i. supposita infici tm̄ pellit ab

ortiuũ. Hec ꝓbs soluit id est resoluit duricias ste=
ricas. i. mſicis stere ei grecũ vocabulũ qd mſicẽ si
bi vult ⁊ ipsa herba pellit. i. depellit tumorẽ. i. ĩfla
tionẽ matricis ipsa herba potata ciet. i. cõmouet
vrinã. (q̃cũq; ei mẽstruorũ sũt eductiua eadẽ vri
nã ꝓuocãt atq; aborsũ faciũt ⁊ repellit. i. educit
lapides a renib⁹ aut vesica supple ⁊ ipsa herba
hausta sepius cũ vino iuuat ictericos. i. icterici
e morbo laborãtes. Est autẽ ictericia color fed⁹
ĩnaturalis cutis corporis tendẽs ad citrinitatẽ vi
riditatẽ vel nigredinẽ ꝓpter sparsionẽ humorũ ci
trinorũ viridium vel nigrorum ad ipsam cutim vt
auctor est Galenus (Plinius. capitulo quinto.
vicesimi sexti libri laudat apponere hanc herbaꝫ
tritam iunctam. i. adiunctam strumis. id est scro=
phulis) q̃ ex humorib⁹ frigidis ⁊ maturationi ine
ptis fiũt dicũtur autẽ a scropha. i. porca q: quẽad
modũ scropha vno partu plures gignit suillos sic
scrophula vna modico tp̃is prolapsu plures edit
scrophulas (atq; plinius iubet sumere hãc herbã
tritã cũ vino siopium. i. succus papaueris de quo
post hec dicetur haustũ. i. bibitũ nimiũ. i. vltra mo
dũ leserit quẽq;. i. aliquẽ subuenit. i. succurrit exi=
mie. i. egregie si ipa bibat iũcta cũ vino (opiũ siq;=
dẽ narcoticũ est. idest stupefactum de quibus nar
cotis inquit mesue. Timentur autem ex narcoti=
cis nocumenta plura. Sunt enim omnino con=
traria rei vite congelantia, stupefacientia ⁊ mor=
tificantia. Et post pauca subiungit. Sed si excusa=
ri nõ potest melius est vt nõ potui detur: sed admi
nistrare in amplastris tantum est melior cura ⁊ si
cogeris propinare potui fac cũ timore ⁊ cautela.
hec mesue. Quidã ẽperici supple hoc est, qui dũta

Quid ycteri=ca

q̃d scro phule ⁊ vnde fiunt.

Narcotica pi culosa

xat solis insistunt experimentis affirmant quisqis idest quicsiqs gustauerit illam herbã q nõ valeat ledi vllo medicamine.i. vlla incantatione magica (vnde herbe incantate dicũtur. Ouidius septimo metham. Creditus accepit cantatas protin⁹ herbas. que et medicamina dicuntur. Idem pau lopost de circe magica tantum medicamina põt. Dicunt ergo medicamina bona ꝛ mala hic p magicis incãtationibus vsurpatur vñ Dyasco. Arthemesia fugat demonia in domo posita prohibet etiam maledicamenta. ꝛ auertit oculos malorum. hec. Dya. ꝛquidem affirmant q vlla ferarũ.i. animalium ferocium vt sunt leones pardi lupi nõ appetat eum morsu.i. non impinguat morsum illi qsquis gustauerit illam herbam. Radix illius herbe suspensa colo dicitur obsistere.i. repugnare rubetis.i. incommodis que a rubetarũ morsibus insurgunt (Est autem rubeta genus ranę grandissima cunctarum veneficiorũ plena. Iuuenalis. Miscet sitiente rubetam. Idem. Ranarũ viscera nunqs inspexisset dicitur etiam obsistere.i. medicari cũctis ranis nocuis.i. nociuis / multa earum genera sunt rane terrestres licet in aquis dulcibus viuãt / Sunt et marinę que ololygones vocãtur) succus eius herbe haustus cũ vino proderit ad hoc scilicet ad morsum ranarum. Si ipsa recẽs viridis cõtrita musto.i. vino recenter expresso reddit vinum medicabile.i. efficit ipsum optimum medicamentum predictis morbis ꝛ sapor ꝛ odor est gratissimus.i. admodum delectabilis illi vino nouo sic tẽperato ipsum vinum sic sumptum confortat stomachum imbecilem ac debiliter digerentem ꝛ sanat precordia. idest morbos membrorum inte-

Medicamia p magicis icãtationib⁹.

qd rubeta.

Ranarũ multa gña.

riorum ex frigiditate procedentes ꝛ affirmant ip
sum vtile multis aliis causis. idest multis egritu-
dinibus. Causa sepe numero ponitur pro morbo
cum morbus non possit curari manente causa fa
ciente eam vt inquit Galenus.

¶ De abrotano herba. ij.



TErtius abrotano legitur grad⁹ esse caloris
Et desiccandi semen feruentius herba est.
Unde iuuat neruos ꝛ causas pectoris omnes.
Illius elixi si sit decoctio sumpta.
Sic quoqꝫ disnoicis prodest: tussimqꝫ repellit.
Et prodest lumbis: sic vuluarumqꝫ querelis.

Gibus his crudum cum vino proderit haustum
Urinā purgat. sic et precordia mundat
Sic curat sciasim. sic sumptum menstrua purgat
Serpentes nidore fugat. bibituq venena.
Illorum extingui. sedatq frigora febris.
Antea q veniat si mixto sumitur amne.
Aut oleo quo decoquitur si membra perungas.
Lumbricos ventris hanc sepe bibendo necabis.
Huic panis mica et mala cytonia iungēs
In simul amne coquiens : occulorū cocta dolori
Apponas. vel feruori: curabit vtrunqz.
Stirpes infixas & spinas abstrahet ipsum
Appositum per se. vel adeps si iungitur illi
Plinius vt scribi venerez mouet illi herba
Si fuerit tantum puluino subdicta nocte.
Et cunctis veneri nocuis potata resistit.
¶ Tertius abortano &c. Hāc herbam pli. ambrotanum appellat. Cuius vires plurimas paucis complectitur verbis. vtile est inquit ambrotanum neruis tussi orthonoicis conuulsis ruptis lumbis vrine angustijs qbus Mḡa. mime discrepat Tercius gradus caloris & desiccādi. i. siccitatis legetur abrotano. i. abrotanum ē calidū & siccū in tertio gradu: sz semen est feruētius. i. calidius herba q ipsa herba vnde quia calida & sicca ī tertio gradu iuuat neruos. i. curat egritudines neruorum videlicet paralisim stuporem contusionem lacertorum & neruorum. Est autē paralisis mollicies & relaxatio neruorū & iuuat inqz oēs cās. i. morbos pectoris (id enim est apud medicos mor-
qd paralisis

bus qđ apđ iurispitos seu causidicos cã) si deco=
ctio illi⁹ obrotani elixi.i.bulliti i aqua fuerit sum=
pta. Elixũ est inqt Mar.cel.qcqd ex aqua mollit
vel decoquit. Nã lixã aquãveteres eẽ dixert:quo
q.i.ẽt pdest disnoicis.i.hñtib⁹ difficultatẽ anhe=
litus q̃ ⁊ asmatici dicũtq.i.⁊ repellit curat tussim
(que ẽ malus mot⁹ expulsiue naturalis pulmõis
et partiũ vicinarũ coadiute a motiua aĩata lacer=
toꝝ iterioꝝ pectoris vt rẽ grauãtẽ pulmonẽ ⁊ par
tes vicias.expellat)⁊ pdest lũbis.i.renib⁹:nã/vt
inqt Aui.frãgit lapidẽ renũ ⁊ vesice sic pdest q̃re
lis.i.egritudinib⁹ vulue.i.matricis scꝫ suffocatiõi
matricis/q̃ ẽ ablatio anhelit⁹ facta ex cõscẽsu va
porũ putridoꝝ ad cor ⁊ alia mẽbra pĩcipalia/ob
retẽtionẽ spermatis aut mẽstruoꝝ/abrotanũ cru
dũ haustũ.i.succ⁹ ei⁹ haustus cũ vino pderit his
morbis sequẽtib⁹.purgat.i.puocat vrinã ⁊ mun
dat sic sũptũ supple p̃cordia.i.ventrẽ ⁊curat/scia
sim.i.morbũ sciaticũ/ẽ aũt scia iũctura hãche vel
coxe a quo morb⁹ sciatic⁹ dr spẽs arthetice q̃ vul
go gutta nũcupat.abrotanũ sit sũptũ purgat mẽ
strua.i.mulierũ sanguineas supfluitates:fugat.i.
eliminat nidore.i.fumigio serpẽtes ⁊ ipꝫ bibitũ ex
tiguit.i.euanescere facit venẽa.i.vi venenoꝝ mor
tiferã illoꝝ serpentũ ⁊ sedat frigora.i.rigores seu
horripilatiões febris añq̃ febris veniat.i.igruat
si sumat cũ ãne.i.aq̃ mixto.i.imixta ãt si perũgas
.i.delinias mẽbra oleo ĩ quo decoq̃t necabis oc=
cides lũbricos.i.vermes ĩ itestinis a flemate ibiꝰ
aggregato pductos/bibẽdo sepe hãc.i.succũ hu
ius herbe tu iũgẽs.i.ꝯiũgẽs micas medulã pãis
cõtritã ⁊ mala.i.poma q̃ dicũt citonia huic herbe
et coquẽs simul ĩ ãne apponas admoueas abro

Quid disuis=

Quid tussis

q̃d suf= focatõ mricis

q̃d mor bus sci aticus

tanū ꝛ citonia simul cocta dolori vel feruori.i.ru-
bori oculoꝝ.qꝛ curabit vtrūqꝫ vꝫ dolorē ꝛ tumo-
rē ipꝫ abrotanū abstrahet.i.educet stirpes.i.stipi
tes ꝛ spīas īfixas oppositū.i.admotū p se.i.solū ꝛ
si adeps.i.piguedo iūgit illi.hec herba mouet.i.
cōmouet venerē vt pli.scribit si fuerit subdita.i.sup
posita tm̄ mō puluio.i.puluiari ꝛ ipa herba pota
ta resistit.i.repugnat cūctis nocuis.i.veneficis no
cumētis veneri.i.q̄ actū venereū possent ihibere.
¶Plini⁹ lib.21.ca.21.Ramus abrotani si subijciat
puluio venerē stimulari aiūt.Efficacissimāqꝫ esse
herbā cōtra oia veneficia q̄bus coitus inhibeat

¶De absinthio.





N primo calor esse gradu vis sicca se
cundo dicitur absinthij. stomachum
corroborat herba.
Illius quoque modo quis sumpserit illam.
Sed melius pluuie si sit decocta liquore
Et sic sub diuo prius infrigidata bibatur.
Sic poterit varijs eius succurrere morbis.
Hocque modo pellit lumbricos/mollit et aluum/
Eius et immodicum sedat sic sumpta dolorem.
Urinam potu producit/menstrua soluit.
Illi si nardum quam profert gallia iungas/
Et coniuncta teras: et mulsa trita resoluas:
Precipue tali purgabis menstrua potu/
Hoc quoque prestabunt cum lana subdita molli:
Si siler et nardus et acetum iungitur illi
Noxia deterges potu fastidia tali.

¶ In primo calor etc. Absinthij herbe quidam vulgatissime sed nichilominus excellentissime determinationem agit De qua Plinius lib. 27. ca. 7. de vsu eius conuenit dicere herbe quidem facillime atque inter paucas vtilissime cuius vtilitates sequuntur Calor abicinthij dicitur esse in primo gradu vis sicca id est siccitas eius esse in secundo id est calida est in primo gradu. sicca in secundo herba id est folia eius corroborant id est confortant instaurant stomachum imbecillem qui videlicet cibos non bene concoquit quoque idest quocumque modo quis id est aliquis sumpserit illam herbam. Sed corroborat stomachum supple melius .i.

vberius si ipa herba sit decocta liquore pluuie.i.
De aq̄ pluuiali
in aqua pluuiali. Nā/vt dyascorides auctor est/
aqua pluuialis inter oēs aquas melior ē ⁊ leuior
et suauior: ⁊ facilius digeritur/ ⁊ si ipsa aqua plu-
uialis in qua decoctū fuerit absinthiuz fuerit in
frigiditata hoc est ad frigiditatem redacta sub di
uo id est sub aere: Nam veteres dium seu diuum:
diurnum sub celo lumen dicebant: poterit succur
rere id est opitulari morbis varijs diuersis eius.
scʒ stomachi ipsa herba hoc modo id est cū aqua
pluuiali decocta pellit: expellit lūbricos id est ver
mes intestinorum a lumbricitate: ⁊ mollit id est la
xat lubricum facit aluum id est ventrem ⁊ ipsa sic
sumpta sedat dolorem immodicum id est vehemē
tem ventris scʒ torsiones eius. ipa sumpta supple
potu id est in potu: producit id est procul ducit p-
uocat vrinā soluit id est educit menstrua id est mu
lierum purgamenta si iungas. i d est cōiungas ei
nardum id est spicam speciem illam aromaticam
propter quam gallia producit. ⁊ hec dicitur spica
celtica seu romana Nā spice triplex inuenitur spe
cies vna que dicit spica nardi alia celtica seu ro-
mana ⁊ alia mōtana celtica autem debilior est ce
teris nisi in puocatione vrine vt testatur Galen9
Spice quot spēs.
si ergo iungas illi nardū id est spicam celticam ⁊
si teras id est contundas ipsa coniuncta scʒ absin
thium ⁊ spicam ⁊ resoluas id est dissoluas ipa tri
ta id est postq̄ fuerint contrita mulsa id est in mel
licrato purgabis tali potu id est potiōe precipue
id est singulariter mēstrua quoq3 id est etiam ipsa
herba subdita mēbris genitalibus mulierum ad-
hibita cum lana molli id est suaui si siler montan9
videlicet que alio nomie siselos dicitur: herba est

Quid siler

intense caliditatis menstruis expurgandis accōmodatissima si inqꝫ siler ⁊ nardus id est spica celtica ⁊ acetum iungit illi prestabunt hoc id est mēstrua educent deterges idest depelles fastidia .i. repletionē stomachi fastidiosam q̄ sacietas nauseatiua appellatur cum videlicet stomachus nimia ciborum congrue aggrauatur eam sarcinā ingluuiosam euomere desiderat ⁊ non potest: depelles igitur fastidia noxia id est detrimētosa corpori id est tali potu idest potionem nam nichil humane valitudini immoderata satietate perniciosus fastidim igitur ⁊ sacietas vt iubet marcilius ficinus procul absint.

Germina si rute iungas huic. salqꝫ piperqꝫ
Cūqꝫ mero tundens des hec decocta ve potum.
Noxius ⁊ crudus stomachi purgabitur humor.
Yri coniuncta pectus mire iuuat hausta
Acri cum vino trita se quilibet vngens
Non metuas culices vsteqꝫ fugantur odore.
Ictericis crudam dabis hanc apio sociatam.
Curat epar sibi iungatur si gallica nardus.
Splenqꝫ sibi iuncto potata iuuabit aceto.
Sic quoqꝫ fungorum depellit sumpta venenum
Obstat letifere cum vino sumpta cicute.
Sicqꝫ venenatis occurrit morsibus hausta.
Et claros oculos reddit cum melle peruncta
Hocqꝫ modo sugilatis superaddita prodest:

¶ Gramina si rute ꝛc. si iungas huic herbe gramia. i. folia rute/de qua paulopost fiet sermo/ꝛ sal et piperq́;. i. ꝛ tundens. i. contundēs cum mero. i. vino puro des. i. propies hec ve pro vel decocta. i. si decocta fuerit cū mero sale ꝛ pipere ꝛ des eiusmodi potum humor noxius ꝛ crudus. i. indigestꝰ stomachi purgabitur ipsa herba cōiuncta yri/radix est de qua posterius tractabitur/hausta iuuat id est confert mire. i. mirum in modum pectus. i. morbis pectoris: vt pote tussi asmati ꝛ aliis id genus quibet vnguens se ipsa herba trita. i. cōtrita cum vico acri. i. aceto non metuat culices. i. impetus illius bestiole minutissime/est autem culex vermiculus alatus exiguus de quo. Virgilius opusculum scripsit ad octauium cui culex nomen est quēadmodum oui. de publice libellū cōscripsitq́;

Quid culex

id est ꝛ culices fugantur id est abiguntur exterminantur odore illius herbe vste dabis administrabis hanc crudam tritam id est liquorem eius sociatam admixtum apio succo apii/de qua īfra dicetur yctericis id est yctericia laborātibꝰ de qua pauloante sermo est habitus: Curat epar. i. opilationem epatis. Est āt opillatio morbus in aliquo membro prohibens transitum ex humoribus bonis ꝛ superfluis: quod per ipsum transire naturaliter consueuit/si nardus gallica id est spica celtica

Qid opilatio

iungatur illicq́; id est ꝛ ipsa herba potata iuuabit splē. id est duriciem seu oppillationez splenis. hoc dico aceto id est vino acri adiuncto. ꝛ ipsa sic sumpta depellit venenum vini mortiferum fungorum Sunt autem fungi superfluitates quedam tuberose ꝛ spongiose quas superflua terre aut arborū humiditas producit ꝛ ex eis inquit galenus sunt

Qd fungus

species male ꝛ mortifere/ipsa herba sumpta cum vino obstat succurrit cicute potione illius herbe pestifereq; id est ꝛ hausta occurrit resistit morsib9 venenatis id est venenosorum animalium ꝛ reddit oculos claros id est perspicuos perunctos si vngantur succo illius herbe cum melle. que id est et ipsa herba superaddita prodest sugillatis id est mēbris ex percussione labefactis. Nam sugillare est percussione carnem maculare hinc sugillati dicūtur qui ex percussione tumorem maculam ve contraxerunt. q̄d sit sugillare.

Decocteq; vapor obstrusas liberat aures.
Si manant sanie/cum melle terens superadde.
Subuenit angine melli nitroq; iugata.
Vulneribus prodest contrita recentibus illa:
Si superaddatur capitis sic vlcera curat.
Pruritusq; iuuat eius decoctio fotu.
Nausea non poterit quēq; vexare marina/
Antea cōmixtam vino qui sumpserit illam.
In lini panno si circuncincta geratur.
Inguinis immodicū fertur cohibere tumorem.
Olfactum somnū capiti vel subdita prestat
Hanc sibi supponi non si presenserit eger.
Denigrat crines cinis eius si bene mixtus
Ceroto fuerit ꝛ eo sic sepe perunctus.
A tineis tutam reddit qua conditur archam
Sub lingua factum curat cum melle timorem
Liuoremq; nigrum/qui circa luminis orbem.
Apparet solet/purgabit idem medicamē.

vñ au=ditus diff=cultas

¶ Decocteq₃ vapor ⁊c. q₃: id est vapor fumus fu=migatio illi⁹ herbe decocte id est elixe: liberat id est aperit aures obstrusas idest conducit his qui auditus patiuntur difficultatem ob phlegmatis viscosi materiam fetulentã ⁊ viscosam in vijs sen=sus audiendi congestam: Si aures manant sanie id est emittũt saniem id est materiam saniosam tu=terens illam herbam superadde auribus cũ mel=le in modum emplastri ea commiscendo: fiuit au=tem sanies ex auribus cum fiunt vlcera in aure ꝓ=pter acutos humores descendentes a cerebro ꝑ meatus aufractuosos auditus Illa iugata id est coniugata melliq₃ id est ⁊ nitro id est speciei salis quod baurach dicitur subuenit angine id est apo=stemati sub faucibus nascenti illa herba contrita prodest vulneribus recentibus id est recenter fa=ctis: curat vlcera id est vulnera saniosa capitis si superaddatur id est applicetur sic in modum em=plastri sup. decoctio eius iuuat pruritus id est pru=rigines cutis que fiũt a colera vel phlemagte sal=so et nitroso cutem mordicante fotu id est fomen=tatione illius. Nausea id est appetitus vomendi marina ex motu nauis inter inundationes ma=ris agitatc factus non poterit quemquem vexa=re id est inquietare qui sumpserit illã antea id est priusq̃ conscendat nauim: commixtam vino inq̃t enim Hyppocrates declarat autem nauigatio quoniam motus corpora turbat ipsa herba si ge=ratur in panno lini circuncincta dicitur id est asse=ritur cohibere id est cohercere tumorem id est in=flationem inguinis id est membri virilis vnde Iu=uenalis ad mensuram inguinis heres intelligit vel erectionem virge inuoluntariam que priasm⁹

vñ sa=nies in aure.

q̃d an=gina.

vñ au=sea in mari

vñ pa=smus

dicitur que fit a materia ventosa subintrante genitale membrum vel tumorem prouenientem ex fedo coitu vel quauis alia occasione vel forte apostema quod fit in euiunctorio epatis quod inguē vulgo dicitur. Absinthiū olfactum.i.odoratū prestat somnū vel si ipsa herba subdita fuerit capiti egrotantis ꝛ eger non presenserit. id est non perceperit hanc supponi sibi prestat.id est inducit sōnum cinis eius herbe denigrat.idest in nigredinē vertit crines.idest capillos canos: si bene fuerit mixtus cerecto.id est emplastro(qnod tamē ad solidiorem formam reducitur ꝙ emplastrum) ꝛ sit sepe is qui nigredinem capillorum appetiuerit perunct⁹ caput subaudi sepe eo ceroto reddit archā tutam id est immunem a tineis illis vermiculis. qua idest in qua aliquid sup.conditur idest reconditur hec herba trita cum melle curat tumorez id est apostema factum sub lingua. ꝙ id est ꝛ idem medicamen purgabit idest curabit liuorem. id est maculam ex percussu factam nigrum.id est obscurum qui liuor solet apparere circa orbem.i.rotunditatem luminis idest oculi. qđ cerotum

Auris depellit sonitum:cum felle bouino
Duriciam splenis eius cathaplasma resoluit
Coniuncto melle sibi stere subditur herba
Desiccabit eam, manareqꝫ menstrua coget
Ex oleo fuerit viridis si cocta iuuabit
Non modice stomacho: qđ erit hoc vnguine fotū

Incaustum vino quo sit macerata resolue
Si scribis cartam mus non teret amplius illam.
Plinius attollit magnis hanc laudibus herbam
Romanosqꝫ refert sacris ex more diebus
Dum quadrigarum cursu certare solerent
Absinthij succum solitos donare bibendum.
In capitolina victori sede locato.
Credentes precium pre cunctis reddere dignum
Illi quo firmam posset seruare salutem
Que constat mundi precio preciosior omni

Cōtra tinnitus auriū. ¶ Auris ꝛc. Depellit sonitū.i.tinitū auriū (qui fit ex aere vaporoso ꝛ grosso in instrumentis audit⁹ occluso) Hec herba igitur mixta cum felle bouino depel'it tinnitū auriū: cataplasma: quid sit superius est enucleatum eius herbe resoluit curat Unde spleīs tūor et duricies. duriciem splenis (que fit ex humore melancolico feculento qui nequiens transire per poros eius a natura deputatos remanet obstruct⁹) Si hec herba subditur.i.supponitur stere.i.matrici hoc dico melle iuncto sibi desiccabit eam.i.purgabit matricem a sua immundicie et coget.id est cōpellet mēstrua.id est mēstruosas superfluitates manare.i.fluere si ipsa herba viridis fuerit cocta ex oleo. i. cum oleo iuuabit non modice ymo plurimum stomachum quod stomachum (non tamen aliorsum memini sub neutro genere inuenisse stomachum) erit fotum.id est delinitum hoc vnguine.i.vnguēto si scribes.i.vis scribere cartam resolue.i. dilue dissolue distempera incaustum.i.attramentum vino quo hec herba sic macerata. i. madefacta seu

dilutamus ille vermis non teret coteret amplius illam cartam pli.ille medicus percs illustris atto ht.i.effert hanc herbam magnis laudibus q̃ & refert romanos dum ex more secundum veterē eorum consuetudinem solerent.id est solebant certare.i.ficta prelia committere in honorem deorsum cursu quadrigarum.id est curruum. ❡ Talia(au tem certamina olimpiaca nominabant que quarto quoqꝫ anno celebrabantur & hunc factum est vt olimpias quattuor annorum spacium olim designaret vt prima olimpias secunda & sic de reliquis) refert igitur romanos solitos in signum honoris eximij donare succum absinthij bibendum victori.id est illi qui egregiam fuerat adeptus victoriam in eo certamine locato.id est collocato i sede capitolina(Capitolium apud veteres romanos edes erat ioui consecrata in qua quicquid rome habebatur in precio continebatur dicta capitolium q̃ cum illius fundamenta foderentur humanum caput inuentum est)dabant igitur succū absinthij bibendum credentes reddere. id est referre precium dignum pre cunctis illi victori quo precio.scilicet succo absinthij epoto posset seruare firmam salutem.id est sanitatem que scilicet sanitas corporis constat esse est preciosior & vñ Plinius de absinthio.preterea sacris populi romani celebratur peculiariter. Siquidem latinarum ferijs quadrige certant in capitolio victorqꝫ absinthium bibit.Credo sanitatem premio dari honorifice arbitratis maioribus.

qd oli pi aget certa mē olipiacuz

qd capitoliū

❡ De vrtica herba.iiij.



Dicimus vrticã grecus a calise dicit.
Feruida non modice vis illi dicitur esse
Unde nec immerito nomen sumpsisse videtur
Tracta ꝙ exurat digitos vrtica tenentis
Hec solet yctericos cum vino sumpta iuuare
Illius semen colicis cum melle medetur.
Et tussim veterem curat: si sepe bibatur
Frigus pulmonis pellit. ventrisqꝫ tumorem
Oībus his prodest puluis cum melle iugatus
Aut succus viridis cum vino sepius haustus

Cum sale de foliis eius factū cathaplasma
Ulceribus prodest. & sordida vulnera purgat
Et contra morsus vz hoc cathaplasma caninos.
Et cancros & parotidas luxataq; curat
Hocq; reformatur caro: que discessit ab osse.
Et solet humores hoc desicare nocentes
Ari cum vino radix contrita tumorem
Cōpescit splenis: podagre sic subuenit illa
Omnibus & morbis sic subuenit articulorum
Oibus his prodest superaddita vel sibi iuncta
Si coquis hāc oleo foueasq; hoc vnguine mēbra
¶ Diximus vrticam &c. ad herbam cui latine vrti ca nomē est grece vero acalise auctor noster acce dit. De ea Pli. li. 22. ca. 13. Urtica quid esse iuisi⁹ potest: At illa preter oleum quod in egypto ex ea fieri diximus vel plurimis scatet remediis: que quidem remedia auctor noster describit. Nos lati ni subaudi dicimus vrticam quam grecus dicitur calise vis feruida. id est calida nō modice imo exu beranter est illi nam calida est in tertio gradu sic ca in secundo vñ. idest eam ob causa quia intense caliditatis nec. idest non videtur immerito .i. sine causa legitima sumpsisse nomen ꝙ q; exurat id est anguat more ignis comburentis digitos tenentis Est autem piscis quem vrtica nominant ab vrtice vredinis similitudinem nomen sortitus: nam dum admoueri sibi manum sentit contrahitur instar vr tice mordax & vrens: hec herba id est eius liquor vel decoctio sumpta cum vino solet iuuare ycte ricos eo morbo arreptos qui morbus ab aui quē ycterim nuncupant cognominatur: semen illi⁹ her tur

Urtica piscis.

vñ yct. nomen, mutua

q̄d co= be sumpta cum melle medetur.i. opitulatur coli=
lica et cis .id est egritudine quam colicam medici nomi
yliaca nant afflictans (inter alias intestinorum infirmita
passio. tes vna est que colica passio dicitur ⁊ altera ylia
ca a duobus intestinis colon ⁊ ylion nuncupatis
Eueniunt autem huiusmodi passiones in huma=
no corpore propter aliquod obstaculum impedi=
ens quominus feces ⁊ que in intestinis occludun
tur habeant exitum vnde dolor infligitur vix tol=
lerabilis (⁊ hec herba curat tussim veterem.i. in=
Offm̄ teratā si bibatur sepe.i.frequenter ipsa vrtica pel
pulmo lit frigus pulmonis (cuius officium est cor euēta
nis re ⁊ eius fuligines seu vapores expellere) pellit i
Uñ in ꝙ tumorē.i.inflationem ventris (que fit ex vento
flatio sitate grossa ⁊ multa inclusa in concauo stomachi
vētris extendente tunicas eius) puluis.id est semen illi9
in puluerem redactum iugatus.i.coniugatum et
mixtū cum melle prodest his omnibus premissis
egritudinibus Aut succus.i. liquor eius viridis
id est recens haustus sepius cum vino. Cataplas
ma factum cum sale de folijs eius prodest vlceri=
bus ⁊ purgat vulnera sordida:id est virulenta cor
rosiua ⁊ fraudulenta ⁊ hoc cathaplasma valet.i.
prodest contra morsus caninos.i.canum et ipsa
herba lixata.id est elixata curat cancros.i. apo=
stemata maligna ⁊ corrosiua que ex melancolia
q̄d can adusta fiunt sic dicta ꝙ cum ex ipsa egritudine ali
cer qua corporis pars est contaminata in partes vi
q̄d pa= cinas serpit more cancri piscis vel ex eo ꝙ paula
rotid tim carnem expedat (⁊ curat perotidas. i. apan=
ta que sub auribus fieri solent: vnde perotides a
para quod est iuxta ⁊ oda auris: Caro que disces
sit.i.remota est ab osse reformatur id est redinte=

gratur hoc cataplasma te ⁊ etiā hoc cataplasma solet desiccare. id est exsiccare humores. i. humiditates nocentes vlceribus vl3 non enim sanantur vlcera: inquit galenus nisi perfecte exicentur radix huius herbe cōtrita cum vino acri. i. aceto cōpescit. i. curat tumorē. i. īflationē splenis illius mēbri cuius officium est fetulentam superfluitatem sanguinis que melēcolia dicitur recipere. ⁊ illa radix sic contrita subuenit podagre illi passioni pedum cuius causa est humor crudus descendens ad illas partes corporis inferiores ⁊ subuenit sic omnibus morbis articulorum. i. arthetícis. A varietate enim membrorū morbi artetici. i. gutte varia sortiuntur nomina Nam si humor nociuus occupet manus dicitur ciragra si pedes podagra si sciaz sciatica hec herba siue radix supaddita vel iuncta sibi prodest omnibus his morbis arteticis si coquis. i. decoquis hanc herbam oleo idest cū oleo ⁊ foueas. idest iungas membra hoc vngule id est vnguento

Offm splēis. qd podagra

Naribus impositis succus folium ve cruorē
Elicit innati vis est sibi tanta caloris.
Quod si manantem cupias retinere cruorem
Urt ice succo frontem line repulit illum.
Si supponatur cum mira menstrua pellit
Si claudit vuluam matrix humore grauata.
Urtice foliis reuocabitur illa fricata.
Cum vino bibitū ~~venerem~~ semen ~~mouet eius~~ renouabit amorem
Et melius trite si iungas melq₃ piperq₃.
Et si cū vino, predicto more, bibatur,

Pleuret icos pectus pulmones adiuuat eius
Semen si sumptum fuerit cum melle iugatum
Cum mulsa bibit um lociū producit abundans

¶ Naribus ꝛc. succus.id est liquor illius herbe impositus.id est aplicatus naribus elicit.id est manare facit cruorem idest sanguinem tanta vis caloris innati est sibi ꝙ idest sed si cupias retinere.i. cohibere cruorē manantem.idest fluentem line. i. vnge frontem succo vatice repulit illum cruorem Mira huius herbe proprietas que contraria operatur: Si suppōatur matrici trita sup. cum mirra Mirra est genus gummi que ad mēstrua promouenda vehementem habet potentiam: pellit. id est depellit menstrua si matrix.idest membrum feminale mulieris grauata idest aggrauata humore menstruoso vel spermatico claudit vuluam.idest orificium suum quasi valuam illa matrix fricata foliis vrtice reuocabitur.i.aperietur (innuit hanc herbā suffocationi matricis mederi) In qua suffocatiōe matrix eleuatur cum clausura oris interioris Semen eius herbe bibitum cum vino mouet incitat venereum appetitum ad rem veneream: ꝛ melius id est efficatius mouet venerem si ipsi herbe trite iungas mel ꝛ piper speciem illam intense caliditatis ꝛ bibatur sic cum vino more predicto si semen eius iugatum commixtum cū melle fuerit sumptū iuuat pleureticos.idest morbo qui pleuresis dicitur oppressos (Est autem pleuresis a pampleure pleura vero pellicula cooperiens costas) ꝛ adiuuat pectus morbos pectoris: pulmōes.idest morbos pulmonis vt pote tussim ēpimasma disna idē semen illius bibitum cum mulsa. idest cum aqua

De suffocatione.

Quid pleuresis

q̄d mulsa

mellis que mellicratuz dicitur producit. idest edu cit lotium idest vrinam habundans id est coppio sam (lotium enim vrina est a diluendis corporib9 appellata.

qd loti um.

Herba recens eius olerum si more coquatur /medico

Detur & illius decoctio molliet aluum

Ore diu clausus succus si voluitur eius.

Que non modicum poterit sedare tumorem

Sudorem mouet ex oleo decocta percunctis

Si quadrupes quecunqz marē proferre recusat

Urtice folijs illius vulua fricetur.

Sic naturalem caloz excitat ille calorem

De fluuium capitis si succo seminis huius.

Ungas sepe caput: reprimi dicit galienus.

Illius semen collectū tempore messis.

Et desiccatum multis erit vtile causis

Oibus his prodest puluis cum melle iugatus

Succus ... Vrine ... pallorem ... vt medici doctrina.

¶ Herba recens eius &c. si herba recēs eius vrtice. s. coquatur idest elixetur more. i. ad morē olerum. idest herbarum hortēsinm quibus homines vesci solent. & decoctio eius detur molliet. idest laxabit lubricum faciet aluum. idest ventrem si succus eius clausus. idest retentus ore. i. in ore clauso cum impulsu anhelitus intra fauces diu agitetur que agitatio a medicis gargarisma appella-

qđ gar tur poterit sedare idest pacificare tumorem id est
garis. apam non modicum id est magnū vue. ¶ Una pel
licula est a carne non immunis teretis figure ro-
qđ vua tunde & oblonge supra caput canne pulmonis p
qđ eius uidentia nature procreata impediens ne cibus
offm. aut quid nociuum clibanum pectoris īgrediatur
atq; ad vocis humane modulos peruide se ha-
bens efformandos atq; digitus ad fistule foramē
ipsa decocta ex oleo id est cum oleo mouet id est
prouocat sudorem peruncti id est hisque se hoc
deliniunt vnguento. Si quadrupes quecunq; id
est aliquod brutum femineuз recusat id est renuit
proferre marē id est maris subire cōcubitum vul
ua id est membrum genitale illius fricetur id est
concutiatur falijs vrtice/calor ille scilicet vrtice
sic excitat calorem naturalem illius animalis vt
fiat appetens coitus. Si vngas sepe caput succo
q̄ āt a- seminis huius herbe reprimit id est cohibet deflu
lopitia uium id est defluxum capitis quem alopiciam vo
cant vt inquit Galenus fit autem alopicia ex pu-
tridis humoribus materiam vnde fiunt capili (sci
licet vaporem fumosum a chimis resolutum cor-
rumpentibus) semen illius herbe collectum tem-
pore messis id est dum metiuntur fruges & desic-
catum erit vtile id est conducibile multis causis
id est egritudinibus puluis huius seminis iuga-
tur id est mixtus cum melle prodest his omnibus
que superius enarrata sunt.

¶ De allijs herba. v.



Scordeon argiue, ſunt allia dicta latine
Huius vim medici calidã ſiccãq̃ periti
In quarto poſuere gradu mãſum vel iniunctum
Curat (quos ſerpens vel ſcorpius intulit) ictus.
Sanat ⁊ appoſitum morſus cum melle caninos
Et nocui vermes/ſolo pelluntur odore
In mulſa coctum commixtum cui ſit acetum
Et bibitum vermes ventris tineaſq̃ repellit
Ex oleo cum reſte ſua ſi decoquis illud/
Prorſus peſtiferos reddes hoc vnguine ſanos

Unguine vesicę dolor/ ⁊ tumor hoc reprimuntur
Corpus ⁊ attritum cura sanabis eadem.

¶ Scordeon argine id est grece sunt dicta latine allia medici periti id est docti posuere: id est asseruerunt vim sibi inesse calidam ⁊ siccam in quarto gradu. Allium mansum id est comestū vel inunctum cruat id est sanat ict⁹ id est morsus vel puncturas quos serpens vel scorpius (qui aculeum pre ceteris serpentibus maxime habet letiferum) intulit id est incussit ⁊ allium appositum in modū emplastri seu cataplasmatis cū melle sanat morsus caninos ⁊ sanat vocem raucam subaudi (si tamen frigus fuerit in causa raucedinis) vermes nocui id est venenosi sic dicti quia sese vertēdo repunt pelluntur id est expelluntur solo odore alliorum. Allium coctum id est decoctum in mulsa id est in aqua mellis cui acetum sic commixtum ⁊ bibitum repellit id est abijcit vermes ventris/ qui lūbrici ascarides acrocordines sunt appellati/ ⁊ repellit tineas id est pediculos. nam tinee pediculi sunt/ inquit Plinius qui intra hominem gignuntur tricenum aliquando pedum tanta multitudie vt morbum faciant qui a grecis ptiriasis a nobis pedicularis dicitur si decoquis illud allium scilicet ex oleo cum reste sua id est cum sua herba q̄ est instar funis seu restis protensa reddes morsus pestiferos id est mortem inferentes sanos hoc vnguine id est hoc vnguento. Plinius ad serpentū quidem ictus potum cum restibus suis efficacissime ex oleo illinitur dolor vesice id est stranguria que est molesta vrine expellende difficultas ⁊ tumor id est inflatio vesice reprimuntur hoc vngui-

Vn̄ dicantur ꝟmes.

Quid tinee

Morbus pedicularis

ne id est vnguento ⁊ sanabis corpus attritum cō
tusum eadem cura.

~~Ipse refert ypocras educi posse secundas~~
Fumo combusti si vlua diu foueatur
Pulmonis varias coctum cum lacte querelas.
Potatūq; iuuat vel crudum sepe comestum
Cum centaurea diocles dare precepit illud
ydropicis. sic humores desiccat aquosos
Idem neufreticis elixum sumere iussit
Pithagoras illo fuit vsus cum coriandro
Et vino causas sic curans ictericorum.
Et sic potatum dicit ꝙ molliat aluum
Cunq; faba coctum capitis sedare dolorem.
Dicitur attrito si tempora perlinis illo
Anseris huic adipē iungas tepidūq; dolenti
Infundas auri. preclare subuenit illis.
Elixum tussim iuuat: ⁊ suspiria sedat
Clarificat raucā crudū coctū quoq; vocem
Sed magis elixum iuuat illam sepe comestum
Adiuuat incoctum pulti sumptūq; tenasmon
Porcino iungens adipi si conteris ipsum
Non modicos reprimes superaddēs sepe tūores
Hunc ignotarum potus non ledit aquarum/
Nec diuersorum mutatio facta locorum
Allia qui mane ieiunio sumpserit ore

¶ Ipse refert ypocras &c. ypocras medicorum ille parens refert secundas quas medici secundinas dicunt (oratores tamen secundas vsurpant. nomen est singulari carens numero) sunt autem secūde membrana illa id est pellicula que partus in matris vtero est obuolutus sic dite quia nascentē infantem sequantur hee nisi sequantur fetum matres grauissime torquentur et quandoque pereunt refert igitur ypo. secundas id est membranas illas posse educi (si remaneant post partum) si vulua id est porta seminalis agri foueatur id est suffumigetur fumo alii combusti. Allium coctum id est decoctum cum lacte iuuat querelas id est egritudines varias multiiugas pulmonis & ipsum potatum id est in formam potabilem reductū vel comestum crudum iuuat sepe diocles precepit dare illud ydropicis cum centaurea de qua paulopost auctor est dissерturus. Est autē ydropisis tumor ventris vel corporis ex materia aquosa vel ventosa procreatus ex nocumento accidente in virtute generatiua sanguinis procedens cuius tres sunt species hypposarea asclites tympanistes desiccat sic humores aquosos qui sunt materia ydropisis maxime asclitis. Idem auctor iussit sumere allium elixum decoctum neufreticis morbo renū laborantibus qui nefresis dicitur nephreticam dico dispositionem inquit iohannes alexandrinus quando lapis in renibus generatur. Pyctagoras ille magnus philosophus vsus fuit illo scilicet alio cum coriandro id est cum semine coriandri preparati quod rite preparatum stomacho amicabile est & epylenticis accommodatissimum & cum vino curat sic hoc modo causas ytericorū.

qd secūdine

qd aūt ydro

neufresis.

De coriādro

quid ycétericia visum est. Et idem auctor dicit q allium sic potatum molliat id est remolliat aluum id est ventrem ꝛ allium coctum cum faba dicitur id est asseritur sedare dolorem capitis si perlinis deūgis tempora id est frontem non dicas timpora quia barbarum est illo allio atrito id est contrito. Adiunges huic scilicet allio adipem id est pinguedinem anseris illius auis palustris et infundas tepidum auri dolenti subuenit illis doloribꝰ aurium preclare id est magnifice allium elixum iuuat tussim et sedat suspiriat id est anchelitus suspiriosos qui disnia appelentur allium crudum et octum clarificat clarem efficit vocem raucam: sed ipsum elixum iuuat vocem magis quam crudum alium incoctumque id est et sumptum pulti id est cum pulmento adiuuat tenasmum. id est sedat dolorem qui fit ex tenasmo (estāt tenasmus seu tenasmum frequens egerendi desiderium ab humoribus pungitiuis mordacibus et acutis extremum intestinum stimulentibus procedens) si conteris ipsum iungens id est coniūgens adipi porcio illius animalis domestici tu superaddenꝯ reprimes sepe tumores inflationes menbrorum non modicos id est magnos ille qui sūpserit mane allia ore id est stomacho ieiuno potus id est potatio aquarum ignotarum inexpertarum nec mutatio id est nigratio facta diuersorum locorum non ledet hunc qui hunc hauserit potum. q̄d a͞sit tenasmus.

¶ De plantagine herba .xi.



Herbam quam nostra lingua plantago vocat.
Hanc arnoglosam grecus vocat quia lingue
Angine similis folijs plantaginis huius
Sunt gemine spes: et maior prima vocatur
Altera vero minor quam vulgo lanceolatam
Dicunt quod folijs vt lancea surgit acutis.
His infrigidandi desiccandique notatur
Tertius esse gradus maior vim tamen esse
Maiorem dicunt nimis humida vulnera siccat
Si superaddatur cum melle et sordida purgat

Cum sale sicut olus iuncta coquatur aceto:
Ventrem restringit nimiũ sic mansa fluentem.
Si supradictis lens sit decocta: iuuabit
Hic dissintericos melius cibus & ciliacos.

¶ Herbam quē &c. Plinius naturalis hystorie li.25.cap. octauo huius herbe determinationem agit amplissimã inquiens celebrauit et themison medicus vulgarē herbam plantaginem tanq̃ inuentor voluie de ea edito quem noster auctor penitus imitatur grecus vocat hanc herbam arnoglossam que vocatur nostra lingua scz latina plãtago q2 similis lingue aguine id est agni folijs in folijs eius/ Nã greci arnon agnũ vocant & glossos linguam/species huius plantaginis sunt gemine.id est duplices & prima vocatur maior vero id est sed altera vocatur minor quam minorē homines supple dicunt id est appellãt lanceolatam q̄ id est q2 surgit id est crescit folijs acutis id est ĩ altum erectis vt lancea tertius gradus infrigidãdi & desiccandi notatur esse id est in esse his tamē medici supple dicunt affirmant maiorem vim esse id est in esse maiori siccat id est exiccat vulnera ani mis humida & si superaddatur cum melle purgat id est mundificat vulnera sordida id est maligna et virulenta si plantago iuncta aceto coquatur: id est elixetur sicut olus elixari solet mansa id est comesta sic restringit id est cohibet vētrem nimis fluentem id est flaxum ventris immoderatum. Si lens id est illud semen cuius aqua decoctionis ventrem fluidum efficit substantia vero retinet sit decocta hic cibus iuuabit.i.alleuiabit melius.i.

lētis p̄ petas.

Quot fluxus vētris spēs

efficatius dissintericos.idest dissinteria vexatos. Est autem fluxus ventris triplex.lientericus quādo cibus aluum egreditur qualitate mie aut modicum variata.dyaricus fluxus humora immoderatus dissintericus fluxus vētris sanguineus:vnde extat vulgaris versiculus Cruda lyen.simplex q̄ dyer.cum sanguine dissin.ꝛ iuuabit melius ciliacos.id est morbo ciliaco oppressos.qui est fluxus ventris vicio stomachi procedens Ciliace passiones ex indigestione ipsius ventris fiunt eo q̄ non potest ex ipsa defectione ministrare corpori nutrimentum vt inqnit alexauder yatros

Stingit manantē superaddita trita cruorem.
Et nigris maculis fertur reparare colorem
Aut cum lachrimo mire medicatur adustos.
Sola canis morsum curat sedatq̄ꝫ tumorem.
Et scrophas spargit superaddita cū sale trita.
ydropicis vt olus decocta comestaq̄ꝫ prodest
Sic iuuat asmaticos:ferturq̄ꝫ iuuare caducos
Sordida purgabit bene vulnera quelibet oris
Ore diu tentus si succus voluitur eius
Hic introfusus curat siringia succus.
Et dolor hoc auris sedatur ꝛ sacer ignis
Fert emptoicis hic opem:si sepe bibatur
Per se fortior est si sit coniunctus aceto.
Sicq̄ꝫ iuuat ptisicos:iniectus vero per anum
Stingit non modicuꝫ fluxū dissintericorū
Pellitur ex oculis tumor hic feruorq̄ꝫ punctus.
Sepius hanc ipsam si dentibus atteris herbam.

Figlas exprimet tumidas. ⁊ sanguine plenas
Sicq̄ʒ solet dentis compescere sepe dolorem.

¶ Stringit manantē. plantago trita idest contrita superaddita vulneri recenti supple stringit. i. restringit cruorem. i. sanguinem manantem. i. fluentem ⁊ fertur. i. dicitur reparare restituere colorem natiuum supple maculis. idest liuoribus nigris ipsa plantago medicatur mire. i. egregie adusta. idest combustiones cum lachrymo idest cum albumine oui. Hec plantago sola. i. alteri medicamini nō adiuncta curat morsum canis ⁊ sedat dispgit resoluit tumorem ⁊ spargit. i. dissoluit scrophas. i. dura apanta ex melancolico humore nascētia trita. id est si teratur superaddita scrophe vel scrophule cum sale scrophule sic appellantur methaphora sumpta a scropha idest porca queadmodū enim porca eodem partu plures emittit fetus itidem vna scrophula breuiusculo temporis intersticio multas parit scrophulas: plantago decocta. idest elixa vt olus. i. vt herbe hortēses quibus homines vesci solent ⁊ comesta prodest hydropicis iuuat sic sumpta almaticos (de hydropisi ⁊ asmate dictum est) et plantago fertur idest dicitur iuuare caducos. idest morbo caduco qui a cadēdo dicitur laborantes (vocatur autē hic morbus epylepsia quia ex humore grosso horribili ⁊ vicioso vētriculos cerebri opitulante procedit) quelibet plātago. i. quelibet ei⁹ spēs purgabit bene. i. decēter vulnera sordida oris. i. gutturis si succus ei⁹ tentus. i. retētus diu ore in ore voluitur in modū gargarismatis (Est autem gargarisma seu gargarismus liquor qui ori intromittitur vsq̄ʒ ad gargareo

vsīdicā
phule.

q̄d epylepsia.

nem ꝛ ibi agitatur pluribus vicibus deinde reuer-
titur integre per os ꝛ fit vt plurimum ad attrahē-
dum ꝛ excutiendum humores aliquos a cerebro
vel a partibus capitis. Hec iacobus de partibus
(hic succus plantaginis curat siringia idest fistu-
las in angulis oculorum nascentes est autem siri-
gia accusatiuus grecus siringia eni fistula est a-
q̄d stri pud grecos .i. vlcus profundum angustum calo-
ga sum hinc siringia etiā instrumentum significat me-
dendis fistulis accomodatum) ꝛ dolor auris seda-
tur hoc plantaginis succo instillato in aurem ꝛ sa-
cer ignis qui ꝛ persicus dicitur. Et est pustula exi-
q̄d sa- gue molis corrosiua adurens ꝛ velut ferrum igni-
cer i- tum callum quem escaram dicunt carni subijciēs
gnis. sacer ignis ergo sedatur succo huius herbe. hic
q̄demo succus fert opem emptoicis .i. sanguinē expuenti-
ptoica bus: si bibat sepe p se solus tñ supple fortior est .i.
passio. efficatior ad sistendum sanguinem ex pectore veni-
q̄d pti- entem si sit coniunctus aceto qꝫ idest ꝛ iuuat ptisi-
sis cos idest ptisi affectos (Est autē ptisis vlcus pul-
monis vnde sequitur extrema corporis consum-
ptio) vero pro sed succus inectus cum instrumen-
to quod clistere medici nominant per anum id est
per portam corporis inferiorem stringit idest con-
stringit non modicum idest valde fluxum dissinte-
ricorum (Quid sit dissinteria tam expressum est
et tumor perunctus hoc succo pellitur mouetur
ex oculis. Si atteris .i. conteris hanc ipsam her-
bam dentibus sepius idest frequentius reprimet
idest detumescere faciet ginginas idest maxillas
tumidas et plenas sanguineqꝫ. idest et solet com-
pescere dolorem dentis.

Succus cum lana matrici subditur ~~eius~~. aegrae,
Stringit manantē nimiū siccando cruorē
Cunctis predictis eius decoctio causis
Prodest: ⁊ potus cum vino seminis ~~eius~~ haustus,
Vesice renūqꝫ iuuat potata dolorem.
Dicunt non nasci scrophas gestantibus eius
Radicem collo suspensam: vis sibi tanta est
Radices ~~eius~~ tres contere: iungito tritis
Vini tres ciatos: ⁊ aquę fac sit modus idem.
Hec nondū tremulo potanda dabis febrienti
Sic pelles febrem cui dat lux tertia nomen.
Bis binę quoqꝫ quaternis prodesse putantur
Cum totidem vini ciatis si detur: ⁊ amnis
Cuncta potest plantago minor predicta iuuare.
Quāuis non tantas vires videatur habere.
Precipue succus curat plantaginis huius
Quod iuxta nares vel lumina nascitur) vlcus
Si superaddatur cum lanis mollibus illi
Perqꝫ nouā cathaplasma dies istud renouetur
Eius si succo tepido venter foueatur.
Acri depulso sanabitur ille dolore
Lumbricos succus depellere dicitur ~~eius~~

¶ Succus ⁊c. si succus eius cū lana subditur. i. supponitur matrici stringit cruorē. i. sanguinē mēstruosum manantē nō modicū. i. vltra modū decoctio. i. elixatio huius herbe ꝓdest cūctis p̄dictis cāis. i. egritudib⁹: ⁊ pot⁹ seis hui⁹ herbe sūpt⁹ cū vino ꝓdest p̄dictis cāis ipa herba potata. i. bibita iuuat. i. sedat dolorē renū ⁊ vesice q̄q̄dē dolores

vt plurimum fiunt his in mēbris ex lapidibus au
arenulis ibidē paulatim congestis auctores: me
dicine dicunt idest asseuerant scrophas dura ill
apanta non nasci gestantibus his qui gerunt ra
Uñ do dicem eius .s. plantaginis suspensam collo. idest
lor re- collo tanta vis idest tam proprietas specifica e
nū ꝛve sibi ingenita sup. contere. idest contunde tres ra
fice dices eius herbe iungito idest coniungito ipsis r
dicibu s tritis tres ciathos vini/ciatus pēdꝫ dra
mas decem ꝛ fac ꝙ idem modus aque idest ead
qd cya mensura aque sit cū succo expressionis radicum
thus vini dabis hec medicamina sup. potanda febriē
nundum tremulo. idest paulo anteꝙ frigor febrili
tremorem incutiens accedat curabis sic. idest e
demmodo febri cui tertia lux dat nomen. s. febren
tertianam (que ratiōe humoris colerici a quo d
pendet quoqꝫ die affligit) bis bine radices. id est
Febris quattuor radices putantur prodesse quaternis f
tiana bribus. i. que affligunt de quarto in quartum o
Febris melancolici humoris naturam vnde gignuntur
quar- detur patienti cum totidem ciatis vini et aque. i
tana est cum quatuor ciathis cuiuslibet minor planta
go. s. lanceo lata potest iuuare cuncta predicta q
uis no n videatur habere tantas vires idest tan
tam efficatiam sicut plantago maior ad memora
tas egritudines succus huius plantaginis scili
cet minoris curat precipue. idest a forma specifi
ca. vlcus idest fistulaꝫ quod nascitur iuxta mares
vel lumina. in angulo lachrymali oculi (fit auten
vlcus huiusmodi ex diuturno humorum acutori
defluxu carnem ex acuminis vehementia corrodē
tium vnde ibidem obsceua sordices scaturire vide
tur) hec inꝗꝫ plantago sanat fistulam oculi si ips

herba cõtrita supple superaddatur.i. superponatur cum lanis mollibus idest suauibus. et si p nouem dies istud cathaplasma renouetur: si venter foueatur idest inungatur succo eius tepido ille.s. venter sanabitur (hoc dico) dolore acri idest vehementi depulso idest ablato: succus.i. liquor eius herbe contrite dicitur idest asseritur depellere. id est expellere lumbricos

Si porcina vetus axungia iungitur illi
Sedabit duros istud cathaplasma tumores
Parotidas vulnusq; recẽs hoc adiuuat vnguen
Ante duas horas quartane q̃ tremor egrum
Vexet si succum biberit plantaginis huius
Sentiet eximiam facili medicamine curam
Eius potatum depellit sperma secundas
Si via longa pedum mouet vt sit sepe dolorem.
Acri cum vino superaddita trita iuuabit.
Cum passo succus bibitur si sepius eius.
Vesice varijs fertur succurre morbis.
In desiccando vis est plantaginis ingens
Maiori queat vt veluti cauteria corpus
Appositum siccare. refert vt plinius auctor.
Composuit librum themison de viribus eius
In quo preclaris celebrauit laudibus illam.

¶ Si porcinà &c. si axungia porcina vetus iungitur.i. coniungitur illi succo plantaginis istud cataplasma sic conflatum supple sedabit tumores du-

ros hoc vnguen:id est vnguentū adiuuat vulnus recēs.i.recēter inflictum & parotidas.idest apanta post aures nascentia sup.si quartanarius sup. bibat succum plantaginis huius.s.lanceolate ante duas horas ꝙ tremor quartane vexet·idest affligat ipsum egrum id est ante paroxismum sentiet idest experietur curam eximiam.i.mirificam medicamine facili quod facile et citra magnā pecuniarum exhibitionem poterit comparari. sperma idest semen eius (Nam herbarum semina peruide se habent ad alias producendas atq̧ viri & mulieris sperma ad homines procreandos) sperma ergo eius herbe potatum depellit secundas.i.pelliculas illas (quibus obuoluuntur infātes in aluo materna) quando subaudi post partum remanent Si via longa idest labor ex viarum longitudine mouet.i.commouet dolorem pedum vt fit id est accidit sepe.ipsa herba attrita iuuabit loco dolenti superaddita cum vino acri.i.aceto si succus eius bibitur sepius cum passo (passum dicitur vinū qd fit de vua sole vel igne siccata) fertur succurrere varijs morbis vesice que est receptaculum vrine vis plantaginis maioris est ingens idest maxima in desiccando adeo sup.vt queat desiccare corpꝰ appositum.i.approximatum veluti cauteria.idest applicationes ferri calibis argenti aut auri candentis supra locum fluore manantem (Nam cauterium extremum est remedium in fluxum sanguinis alterius ve humoris retinendo vt plinius auctor precellentissimus refert) Themison ille medicus composuit.i.edidit librum de viribus.idest ꝓprietatibus eius herbe in quo libello celebrauit. idest extulit illam plantaginem laudibus precla=

ꝗd in sialibꝰ sperma ive getatiuis semen.

ꝗd cauterium

ris illustrissimis.

De ruta herba. 7.



rute.

Medicis ruta vis feruida dicitur esse,
Siccaq; fertur in his gradus illi tertius ee.
Utilis est valde stomacho si sepe bibatur,
Expellit partum potu: venereq; cohercet.
Tussim: si bibitur compescit: menstrua purgat
Si coquis hanc in aqua/cui vinum iunxeris acre
Compescit talis decoctio tormina ventris.

Pulmones iuuat et pectus, morbosque medetur
Costarum quā pleuresim vocat attica lingua.
Arteticos ciasimque iuuat: febrique medetur.
Hausta vel in oleo viridem si coxeris illam.
Et foueas tepido patientis ante tremorem.
Matrici prodest: intestinoque tumori.
Hoc vnguentum vel clisterio si funditur intus.
Haustaque cum vino prodesse valebit vtrique
Lumbricos oleo decoctaque potata repellit
Cum caricis decocta diu viniique liquore.

¶ A medicis ru. etc. Rute vires atque proprietates Plinius lib. 20. cap̄. 13. Illustrissime perstringit cuius initium est. In precipuis autem medicaminibus ruta est quem Macer exactissime imitatur vis. i. qualitas feruida. i. calida et sicca dicitur esse a medicis ruta idest in ruta/et tertius gradus fertur eē in his scilicet ī caliditate et siccitate hoc est calida et sicca in tertio gradu ruta est vtilis. id est accommoda stomacho debili et frigido si bibatur sepe. ipsa expellit id est educit partum id est fetum seu embryonem potu si bibatur succus eius et cohercet. id est cohibet venerem. id est appetitum ad venerea si bibitur compescit id est sedat tussim purgat id est prouocat menstrua. Si coquis id est decoquis hanc herbam in aqua cui iunxeris id est coniunxeris vinum acre. id est acetum talis decoctio id est liquor talis decoctionis compescit. id est pacatur tormina. id est tortiones ventris. id est intestinorum (Tormē genus est morbi cum torquentur intestina a torquendo deductum. Plinius. Mentastrum torminibus cole

qd tormen.

ricis efficacissimum)iuuat.id est curat pulmones morbos pulmonis & iuuat pectus.id est morbos pectoris prius memoratos/& medetur morbo co starum.id est lateris quem morbum lingua attica id est greca vocat pleuresim pleuron enim greci latus appellant(Pleuresis enim morbus est la= teris acutus cui⁹ febris tussis dolor lateris & dif ficultas anhelitus accidentia sunt/iuuat arteti= cos morbo artetico qui gutta dicitur infestatos/ et iuuat sciasim.id est] morbum sciaticum [de quo supra locutum est hec herba hausta. id est bibita medetur febri tipo febrilem estum preueniēti/qui rigus.horripilatio/& rigor nominatur vel si coxe ris.i.decoxeris illā herbā viridē.i.recentē in oleo et foueas .i.inungas corpus patiētis eo linimen to]ante tremorē.i.ante tipum febris:hoc vnguen= tum.i.oleum rutaceum prodest matrici.i. morbis matricis ex frigore aut vento sitate profectis & p dest tumori.i.inflationi intestini quod vocatur co lon que quidem inflatio passionē infert colicam. Nichil ad hanc ventositatem dissoluendam oleo rutaceo efficaci⁹ vt refert de tornanura vel si hoc vnguētū.i.oleum funditur.i.impellitur intus per regionē inferiorem.s.per anū clisterio. Clister seu clisterium instrumentū est quo per anū ad educen das feces aliosq̃ humores nociuos in intestina liquor est quē enema dicunt quod ātm orificio du rum imponitur ad excrementum prouocandū vul go suppositorium dicitur & ipsa herba hausta va lebit.i.poterit prodesse vtriq̃ egritudini tam ma= tricis q̃ intestinorum ipsa herba decocta in oleo potata:id est postq̃ fuerit potata repellit.i.educit lumbricos.]

Unde pleuresis.

q̄d typus febrium.

de colica.

q̄d clister.

q̄d enema.

q̄d suppositorium

Proderit ydropicis si sint superaddita nocte.
Cruda comesta recens oculos caligine curat
Et melius maratri cum succo felleq; galli.
Melleq; si succus ex equo iungitur eius
Indeq; sint oculi patientis sepe peruncti.
Cum roseo miscens oleo necnon vel aceto
Illius succum capitis curare dolorem
Quãuis immodicũ poteris hoc sepe perungens
Naribus expressus si succus funditur eius.
Sistit manantem bene desiccando cruorem.
In corio maligranati si sit tepefactum.
Auribus hanc fundas: depelles inde dolorem
Ceruse roseoq; oleo miscens & aceto
Illius succum mirandum conficis vnguen.
Ad depellendum sacrum quem dicimus ignem.
Et scabiem verte: que dicitur herpeta grece.
Et grece dictas acoras hoc vnguine purgas
Ulcera sunt capitis humore fluentia pingui
Curat & hoc ozinias immissum naribus hec sunt
Que grauiter fetent; in naribus vlcera nata
Obstat pota nimis vel cruda comesta venenis.
Hec metridates rex ponti sepe probauit
Qui rute folijs viginti cum sale pauco
Et magnis nucibus binis caricisq; duabus
Ficubus & binis geminaq; inglandi.
Ieiunus vesci consurgens mane solebat.
Armatusq; cibo tali quascunq; veneno
Quilibet insidias sibi tenderet haud metuebat

Mustelleq; docent obsistere posse venenis
Mirificè rutam comedunt que primitus illam
Cum pugnature sunt cum serpentibus atris.
Cum butiro modicoq; oleo decocta tumorem
Matricis subiecta tepens fugat illa coliq;.
Et cunctis intus morbis sic subdita prodest.
Hanc etiam testes poteris curare tumentes
Cum foliis lauri bene tritam si superaddes.
Ex hac antidotum non paucis vtile causis
Conficitur medici dicunt diapiganon illud
Piganon in greca lingua quia ruta vocatur.
Illius antidoti confectio talis habetur.
Pondere iunge pari nitrū piperatq; ciminum
De tribus his q̄ntum de ruta ponito tantum
Sed prius ex acri vino macerare ciminum.
Conuenit in ferro post assari calefacto
Omnia deinde simul bene trita ex melle iugabis:
Pectoris: et lateris: iecoris: renūq; dolores.
Hoc ex antidoto curantur sepe comesto.
Extenuat pinguē mollit sine tormine ventrem
Confortat stomachū facit vt bene digerat escam

¶ Proderit ydropicis &c. hec herba decocta diu
cū caricis .i. ficubus crassis et cū liquore vini pro
derit vtilis erit ydropicis .i. ydropisim patiētibus
si carice et vinū sint superaddita immixta huic her
be nocte id est per noctē anteq̄ fiat decoctio sup.
hec herba cruda comesta recens id est viridis cu
rat oculos caligine id est visum reddit acutiorem

Et curat melius visus tenebrositatem cum succo maratri.i.feniculi ꝛ cū felle galli gallinacei sup.ꝛ cum melle:si succus eius herbe iungitur ex equo id est si tantū ponatur de succo q̄tum de reliquis ex hoc supple fiat medicamē quod a medicis collirium nuncupatur ꝛ oculi patientis sint sepe per uncti inde.i.ex eo collirio tu miscens succū illius herbe cum oleo roseo.i.rosaceo necnō.i.ꝛ cū ace
q̄d co- to poteris curare quēuis.i.quēcūq; dolorem ca-
lirium. pitis immodicum.i.immensum perungens.i.si p-
ungas caput ꝛ tempora hoc vnguēto sepe: si succus.i.liquor eius expressus funditur.i.effunditur in naribus.i.intra nares sistit.i.retinet bene.i.valde cruorem manantem desiccando orificia venarum sup.vnde cruor profluit si infundas auribus succum rute tepefactum in corio.i.in cortice mali granati qui fructus est in medicia celeberrim⁹ omni alio fructu longe excellentior depelles inde ex auribus dolorem tu miscens succum illius herbe ceruse.i.cum cerusa(que est cinis plumbi)vt liquit auicenna ꝛ que sola accepta vt testis est dyascorides homicidium perpetrat miscēs ergo suc-
q̄d ce- cum cum eius cum cerusa oleo roseo ꝛ aceto con
rusa ficis id est concinuas vnguen.i.vnguentum mirādum.i.miris laudibus efferēdum valens sup. ad depellēdum ignem quem dicimus sacrum.i.ignē persiccum superius declaratum ꝛ ad scabiē ꝑpetiginem derte que grece dicitur herpeta nam erpo gr.serpo latine sonat(Est autem herpes morbus ex paruis pustulis superficiem cutis contaminan
q̄d her tib⁹ ꝯs maxima prugine patiētem afficientibus ex
pes. vna parte ad aliā serpentibus consistens)ꝛ purgas egritudines dictas acoras grece hoc vngui

ne.i.vnguēto(declarat quid sint acore) acore sup qd sit
ple sunt vlcera capitis fluentia id est scaturientia acora
humore pingui.i.sordido ꝛ hoc vnguētum immis
sum naribus/curat ozimas. hec genera egritudi qd ozi
num supple sunt vlcera nata id est orta in narib⁹ ma.
que fetent.i.olent grauiter ipsa herba pota id est
potata vel comesta obstat nimis.i.valde venenis vn̄ me-
Metridates rex pōti illius īsule a quo metridatū trida-
medicina inter alias memoratissima nomen acce tum
pit probauit.i.approbauit sepe hoc medicamē q̄
scʒ metridates ieiunus mane consurgens electo
solebat vesci.i.vti viginti folijs rute cum sale pau
co id est modico ꝛ cum binis id est duabus nuci-
bus magnis ꝛ duabus caricis id est ficubus bi-
nis ꝛ inglandi bina id est duabus auellanis. Si-
pontinus tamen inglandem mie signare asserit in
quiens inglandem magno errore hactenus puta
uerunt auellanam esse sed nos hūc errorem cum
plerisqꝫ sustulimus inglans ea est quem cōi no-
mine nucem appellamus.idem quoqꝫ pauloante
in hec verba prorūpit in scrinijs mithridatis ma- Pecu
ximi regis deuicti Gneus pompeius inuenit ma liare
nu illius scriptam in peculiari cōmento composi mi.an.
tionem antidoti ex duabus nucibus siccis totitē
ficis ꝛ rute folijs.20.simul tritis addito salis gra
no quem qui ieiunus sumpserit nullum venenum
ei illo die nociturum Sed ad litteraꝫ reuertamur
ipse mithridates armatus id est munitus tali ci-
bo haud.i.nō metuebat quascunqꝫ insidias.i.in-
toxicationes mala machinamenta quilibet tende
ret.i.pararet sibi mustelle.i.longe mures nam te-
los gr.longum latine mustelle id est mures longe
docet homines rutā posse obsistere mirifice.i.mi-

Vñ dr randum in modũ venenis que mustelle pugnatu-
mustel re.i.volentes dimicare cũ serpentibus atris .i.a-
la. trocibus comedũt p̃mitus.i.añq̃ ineant certamẽ
rutã ipsa herba decocta cũ butyro ꝛ oleo modico
.i.paruo ip̃a decocta in butyro ꝛ oleo ꝛ tepens.i.
tepida subiecta.i.supposita mrici fugat.i.resoluit
tumorẽ.i.inflationẽ mricis q̃ suffocatio dr ꝛ resol
uit tumorẽ coli.i.intestinoꝝ q̃ inflatio dr colica vel
yliaca ꝛ etiã subdita.i.supposita sic mẽbris dolẽti
bus ꝓdest cũctis morbis intus.i.interioribus ex
inflatiõe.s.etiã poteris curare testes.i.testiculos
tumentes.i.inflatos si superaddes hanc herbam
tritã.bñ.i.valde cũ folijs lauri arbor est notissima
de lau que ex oibus manu satis nõ ijcit fulmie ꝛ que oli
ro. apud romanos in magna hẽbat reuerẽtia Anti-
dotũ dr ꝓprie quod cõtra venena dat vñ antido-
tum quasi cõtra venena datũ vtile nõ paucis imo
multis cãis.i.egritudinibus cõficit ex hac herba
medici dicũt.i.nũcupãt illud antidotũ dyapiganõ
qr ruta vocat in ligua greca pyganõ: cõfectio il-
lius antidoti hẽtur talis iũge.i.cõiũge pari põde
re.i.inequali mẽsura nitrũ sal qd baurach dr pip
spẽm illã atq cyminũ semẽ illud qd vehemẽter vẽ
to sitatẽ dissoluit ponito tm̃.i.equale põdus de tri
bus his.s.pipere nitro ꝛ cimino q̃tũ posueris de
ruta. Sed cõuenit.i.expediẽs est macerare.i.tem
perare seu madefacere priusq̃ iũgant simul cimi-
num ex acri vino.i.aceto ꝛ cõuenit postq̃ ciminũ
ferit sic madefactũ assari.i.torrefieri i ferro seu la
tere calefacto deide postea iugabis.i.coniunges
omnia hec bene trita simul cum melle dolores pe
ctoris lateris iecoris ꝛ renũcurantur sepe ex hoc
antidoto comesto hoc antidotum extenuat id est

demacerat pinguem.i.hominem plectoricuz Ple ctoria enim apud medicos bonoruz humorum est immoderata repletio cacochimia vero malorum hoc antidotum mollit.i.emollit laxat ventrem sine tormine.i.sine tortione. Confortat idest corroborat stomachum facit idest efficit vt stomachus digerat idest concoquat bene idest conuenienter escam idest cibum.

qd plectoria
qd cacochimia

De apio herba.viij.



Est apium dictũ q᷒ apex hãc ferre solebat
Victoris veterum fieret dũ morte triũphus
Ipse sibi talem prior imposuisse coronã

Dicitur alcides. morem tenuere sequentes.
Ast alij dictum credunt. q apes vehementer
Illius soleant auide decerpere flores.
Hanc herbam selnon solet attica dicere lingua
Virtutis calide sicce quoqz dicitur esse
Tertius a medicis datus est grad9 huic i vtroqz
Illius succo si candida mica terendo.
Panis iungatur oculis sedare tumorem
Dicitur emplastri noctu superaddita more.
Sicqz ferunt mamis prodesse tumentibus illam.
Sedat feruorem stomachi. pellitqz tumorē.
Et quicquid venti creat includit ve nociuī.
Desiccans poris assumpta repellit apertis
Prouocat vrinas hec cruda comesta vel hausta
Sed magne radicum facit hoc decoctio sumpta
Hoc itidem semen operatur fortius haustum
¶ Est apiū ꝛc. Apij vires cōmemoraturus in ei9 laudē de illius nominis impositione pauca prelo quitur eā quoqz Pli. li. xxv. c. xi. laudibus effert. Appio inquit gratia vulgo est de suis virib9 Ma cer cū Plinio cōcordat Apium dictū est q. i. q̄a apex. i. pileus illius qui triūpho potiebatur (oratores ei apicē virgā lanatā in summo flaminis id est pontificis pileo dicebant. i. in cuius extremita te modica lana erat) solebat ferre hanc herbam dū triumphus victoris. i. qui egregiam fuerat assecutus victoriam fieret id est celebraretur more. idest ſm morem veterum romanorū (Erat autem triumphus oīm honorū qui a populo romano da

(Margin: qd a= pex; trium= phus.)

ri solebant maxim9) alcides.i.hercules dr iposuiss se sibi prior coronã talẽ ex apio contextã seqntes.i.posteriores tenuere obseruauerunt hunc morez Ast alij auc.credũt apiũ dictũ q.i.qr apes (sic dicte q pedibus careãt vel q se inuicẽ pedib9 teneant) soleãt decerpere.i.depasci flores illi9 ad mella cõficiẽda.ligua attica.i.greca solet hãc herbã dicere selmõ.quoqz.i.ẽt.dr esse virtutis calide et sicce terti9 grad9 datus est.i.assignatus est a medicis hic.i.ex eo i vtroqz tã calido q̃ sicco.Si mica.i.medula cãdida.i.alba panis iũgatur.i.misceatur succo illi9 apij terẽdo.i.ↄterẽdo illã micã panis dr sedare tũorẽ oculi supaddita.i.si supaddat more i forma ẽplastri ꝛ medici ferũt.i.dicũt illam herbã ꝑdesse mãmis tumentibus.i.inflatis (que quidam inflatio ex coagulatione seu corruptione lactis in mammillis efficitur) apium sedat.i. mitigat feruorem idest ardorem stomachi:et pellit tumorem stomachi:et ipsa herba assumpta repellit idest remouet desiccans id est resoluens et in vaporem conuertens quicquid ventus creat nociuũ hoc dico poris corporis aptis.i. meatibus (Sũt enim pori meatus corporis per quos spiritus vltro citroqz transeunt superfluaqz insensibiliter resoluuntur) hec herba cruda comesta vel hausta ꝓuocat vrinas :sed decoctio radicum sumpta facit hoc magis.id est plus prouocat vrinam sunt eni quinqz radices pre ceteris vrine prouocatiue apij feniculi petrocilij brusci sparagi que a medicis diuretice appellantur semen illius apij haustũ operiatur.i.facit hoc idest prouocat vrinã fortius idest vehementius

vñ mã millarũ iflatio,

q̃d sint pori corpis

quinqz radices diuretice

Tota venenatis occurrit morsibus hausta
Sed semen potius vel apozima proderit eius
Si bibitur tussimqꝫ modo sedabit eodem
Ventrem cōstringit. vomitum potata cohercet
Limphe comestū sibi si iungatur acetum
Egris amissum fertur reparare colorem.
Cruda a ieiunis fuerit si sepe comesta.
Vnaquaqꝫ die vexantem corpora febrem
Cum limpha potata iuuat febris ante tremorem
ydropicos. ⁊ splen tumidum iuuat illa iecurqꝫ
Si cum feniculi succo contrita bibatur
Hacqꝫ supposita turpis lētigo fugatur
Illius succus farris cum polline mixtus
Atqꝫ oui lacrimo vulnus bene purgat ⁊ vlcus
Si superaddatur emplastri more frequenter.

¶ Tota venenatis ⁊c. Hec herba hausta. i. comesta tota scđm totā substantiam occurrit. idest obuiat morsibus venenatis. id est animalium venenosorum sed semen vel apozima. idest decoctio eiꝰ magis proderit. Si liquor eiꝰ bibetur sedabit tussim eodem modo hec herba constringit ventrem. idest fluxum ventris. ipsa herba potata cohercet idest sedat vomitum acetum commixtum lymphe iungatur sibi hec herba fertur idest dicitur reparare idest restaurare colorem amissum egris si ipsa cruda fuerit sepe comesta a ieiunis idest ieiuno stomacho ipsa herba potata cuꝫ lympha ante tremorem febris (qui tremor fit tum ex reclusione caloris natiui ad suum fontem tum ex sparsione humoris peccantis supra membra sensibilia vt ner-

Vñ tremor febrilis

uos musculos et lacertos) ipsa ergo sic potata iu-
uat febrem vexantem corpora vnaquaque die. idest
quotidie idest febrem quotidianam illa herba iu-
uat ydropicos (educendo videlicet aquositatem
per vias vrine) si bibatur trita cum succo feniculi
lentigo. idest macule in facie ad lentis leguminis
minutissimi similitudinem turpis idest faciem de-
turpantes fugantur idest delentur hac herba sup
posita idest superponendo faciei lentigiose hanc
herbam succus illius herbe mixtus cum polline
hoc est grossiori pulnisculo farine (vnde pollina-
rium instrumentum quo pollen diuiditur) farris.
i. frumēti atque cum lachrimo. idest albinē oui pur-
gat bene vulnus et vlcus si superaddatur more em
plastri vulnus enim et vlcus non eadem apud ora
tores et medicos habent discrepantiam. Nam ora
tores vulnus dicunt quod vi infligitur vlcus vero quod
per se nascitur verum medici vulnus intelligunt
cum sola fit contunitatis solutio nulla substantie
membri de perditione facta vlcus vero cum aliquid
ex substantia sublatum est hec ex galeno et eius in
terprete haly in tertio tegni luculenter patescunt.

quid lentigo.

quid pollen et polliarium.

Vulneris et vlceris a pud medicos et oratores diuersitas

De malua siue altea herba. ix.



ALteā malue speciē nullus negat esse
Alteāq; vocant illam ꝙ crescat in altum
Hanc ipsam dicunt euiscū ꝙ quasi visco
Illius radix contacta madere videtur
Agrestis ꝙ solet a multis malua vocari.
In mulsa coctus flos eius vulnera purgat.
Uel si cum vino tritum florem superaddes
Spargere sic scrophas anūq; iuuare dolentē.
Dicitur. hocq; modo conquassatis medicatur
Elixata prius radix adipiq; terendo

Addita porcino terbentineqꝫ tumores
Matricis curat. reliquosqꝫ iuuare dolores
Dicitur. illius neruos sic ipsa relaxat
Rumpit vel spargit sic apostemata dura
Omnes has causas elixatura iuuabit
Si loca morborum foueantur sepe tepenti
¶ Alteam malue speciē. Priusqꝫ malue aperiat vires varietatem nominuꝫ quibus appellatur eorūqꝫ deriuationes ostendit eius autem cōplexionem subiicet verum eam calidā cum equalitate. idest temperamento medici affirmarunt. Plinius lib. xx. c. xxi. Altee vires coppiose commemorat ī magnis laudibus (inquit) malua est vtraqꝫ ꝛ satiua ꝛ siluestris. Et siluestribus cui grande folium et radices albe altea vocatur. hec Plinius. Nullus negat alteaꝫ esse speciē malue ꝛ medici vocāt illam alteā q.i. qꝛ crescat. i. se tollat in altum ꝛ dicunt hanc ipsā euiscum q.i. quia radix illius herbe contrita videtur madere. i. viscosam quandaꝫ humiditatem habere velut viscū. i. glucten (Nam viscū neutri generis est quod ad aucupium. id est aues capiendas accōmodatur (vt astruit Seruius) cui tamen Nicolaus perotus refragatur. viscus vero visceris quicquid ītra cutem pellem ve animalis est grammatici pitiores appellant visc⁹ tamen in secunda inflectione pro execrescentia quadam musci laginosa que arboribus innascitur a medi. vsurpatur inter quos viscum quercunum maxime probant ei ipsa herba solet vocari a multis malua agrestes flos eius herbe coctus idest decoctus in mulla. i. ī aqua mellis purgat. i. mūdificat vulnera vel si superaddes tritū florē cū

vino dicitur.i. asseritur spargere.i.resoluere scro=phas.i.scrophulas ꝛ dicitur iuuare.i.mitigare dolorem ani.i.confert doloribus ani(vt inquit Auicēna ꝛ serapio)et medicatur.i.opitulatur hoc modo conquassatis idest cōquassationi.i. attributioni neruorum ꝛ lacertorum radix ipsius elixata. id est decocta prius ꝛ addita idest adiuncta adipi.i. pinguedini porcino ꝛ terbentine que est gūmi manans ab arbore que dicitur albotin inter alia gūmi post masticem primatum obtinens terendo. id est conterendo ꝛ commiscendo cum predictis curat tumores matricis ꝛ dicitur iuuare reliquos dolores illius.s.matricis:ipsa radix sic commixta relaxat.confert tensioni neruorum ꝛ contractioni que spasmus dicitur:ipsa radix rumpit vel spargit idest dispargit sic apostemata dura ex duris ꝛ lapideis humoribus consistentia ac maturationi nō obedientia elixatura huius radicis iuuabit omēs has causas.i.egritudines si loca morborum foueantur.i.vt medici loquuntur fomententur ea elixatura tepenti.i.tepida sepe.i.frequenter.

Terbētiua

q̄d spasmus.

A dissintericis radicum coctio sumpta
Cum vino fluxum stringens compescit eorum
Et pellit tardas hec coctio sumpta secundas
Et pellit tardas hec coctio sumpta secundas
Et prodest emoptoicis,lapidesq́ repellit
Vesiceq́ solet variȷ́s succurrere causis
Acri cum vino cōtritum semen oliuo
Jungito:deformes maculas hoc vnguine pelles
Cum pusca potata potest obstare venenis

Elixata prius cum melleq; trita replebit
Uulnera: que caua sunt si sit superaddita sepe
Hic quoq; duricias mollit lenitq; rigores
Decoctis oleo folijs factum cataplasma
Quosuis pestiferos morsus combustaq; curat.

¶ A dissintericis &c. coctio radicum sumpta cū vino a dissintericis scilicet a patientibus fluxum ventris cum intestinorum excoriatione compescit id est restringit fluxum sanguinis eorum & hec decoctio pellit id est educit secundas id est secundinas id est membranulam fetum in aluo ob ducentem tardas id est tardantes post puerpertum: et hec decoctio sumpta prodest emoptoicis .i. spuentibus sanguinem (nam emoptoys sanguinis est emissio) et repellit frangit vel educit lapides renum vel vesice & solet succurrere id est mederi causis id est egritudinibus varijs vesice scilicet stranguric (que est vrine emittende difficultas & ardori vrine) iungito semen eius contritum oliuo id est cum oleo oliuarum & cum vino acri pelles id est absterges maculas turpes id est morfeas (que fit cum errat virtus assimilatiua in assimilatione coloris hoc vnguine id est hoc vnguento. altea potata cum pusca (id est cum aceto & aqua mixtis) que grece dicitur exicraton. potest obstare. id est occurrere venenis altea elixata id est decocta in aqua prius & trita cum melle repellit id est curat vulnera que sunt caua id est profunda si sit superaddita sepe: quoq; id est etiā mollit id est ad molliciem reducit duricias id est asperitates & tuberositates carnis et lenit id est emollit & applanat

Ēptois
Morfea.
Quid pusea.
oxicraton.

rigores quasdam carnis excrescentias duras cataplasma id est molle emplastrum quod etiam dicitur malagina factum ex foliis altee decoctis in oleo curat quosuis id est quoscunque morsus pestiferos id est letiferos et curat combusta id est combustiones ignis aut aque feruide seu alterius liquoris.

De aneto herba.x.



A Medicis calidum siccuque refertur anetum
Et dicunt quod sit grad9 huic i vtroque secundus

Lac dat abundanter eius decoctio sumpta
Nutrici stomachiqꝫ solet depellere morbos
Tres ciatos eius tepide si sumpserit eger
Judicio ructus est qui demonstrat apertum
Os stomachi: ventūqꝫ per hoc exisse nociuum
Atqꝫ grauis tali sedatur nausea potu
Prouocat vrinas obstantia queqꝫ repellens.
Matricēqꝫ iuuat: bene si foueatur eadem
Cum tepida tritum patiens si potet anetum.
Intestinorum curat ventrisqꝫ dolorem.
Hoc etiam potu digestio tarda iuuatur
Unde minor fieri vis egestiua videtur
Assidue bibitum visum nocet. ꝛ genitale
Claudit iter siccans humorem seminis intus.

¶ A medicis ꝛc. Aneti (cuius semen in medicia plurimum laudatur complexionem ꝛ proprietates paucis perstringit si autem cupiam Plinij. xx lib. cap. xviij. legem sit cordi facile cognoscet hūc libellum; ab eodem plinio fuisse depromptū. Anetum referrur id est dicitur a medicis calidum ꝛ siccum et medici dicunt ꝙ gradus sit huic secūdus in vtroqꝫ scilicet calido et frigido decoctio eius sumpta dat lac abundanter id est affluenter nutrici ꝛ si eger sumpserit tres cyathos eius decoctionis tepide solet depelleret morbos stomachi a ventositate exortos ructus id est eructatio: qui ructus demonstatos stomachi apertum que. id est et demonstrat ventum nociuum exisse a stomacho / est indicio. id est indicat anetum depelle-

re morbos stomachi vnde Plinius. Anetū quoqꝫ ructus mouet et tormina sedat. Atqꝫ nausea. id est vomendi desiderium grauis. id est molesta sedatur pacificatur tali potu et prouocat vrinas repellens id est remouens queqꝫ. id est quecunqꝫ obstantia id est impedientia exitum vrine sicut lapides vel arenulas ⁊ iuuat matricem id est morbos matricis si eadem. scilicet matrix foueatur. i. fomentetur ipsa decoctione aneti bene id est valde si patiens potet id est bibat anetum id est semē aneti tritum cum aqua tepida curat. id est sanat dolorem intestinorum ⁊ ventris etiam digestio tarda id est debilis iuuatur id est adiuuatur hoc potu aneti. vnde id est eam ob causam vis egestiua id est egestio seu execatio fecalium videtur esse minor. (Quanto enim digestio stomachi est epatis

quare egestio minor.

validior est tanto plus nutrimēti in corporis substantiam conuertitur sic excremēta minora ⁊ ecōtrario.) Anetum bibitum assidue id est frequēter nocet. id est offendit visum ⁊ claudit id est obstruit iter genitale. id est meatus per quos sperma in actu generationis in agrum nature instillatur/siccans id est desiccans consumens humorem seminis. scilicet humorem spermaticum intus id est intra venas ⁊ arterias corporis.

Vuaqꝫ si nimio turgens humore grauetur
Suspendit puluis combusti seminis eius
Appositus digitis aut intus clistere fusus.
Acrior esse cinis radicum dicitur eius.
Rodit crescentes cinis hic in vulnere carnes
Vlcera que serpunt ⁊ sordida vulnera curat.

Ulcera precipue membri curare virilis
Dicitur iste cinis infusus sepius illis
Olfactu reprimit singultum semen aneti
Assatum ⁊ feruens si sepius olfacit eger
Dicunt feruores oculorum tollere posse
Eius radices tritas prius appositasq̃.
Apponas emoroidis sic semen aneti
Ustum curat eas: ⁊ condilomata soluit.
Flos oleo si decoquitur medicabile reddit
Illud precipue morbis de frigore natis
Prodest ⁊ capitis compescit sepe dolorem.
Neruorum laxat tensuras frigora pellit.

¶ Uuaq̃. si vua turgens id est inflata grauetur id est opprimatur humore nimio descendente a cerebro puluis seminis eius aneti combusti appositus digitis id est cum digitis suspendit id est releuat eam. Pli. cinis aneti vuam in faucibus leuat fit autẽ casus vue seu vuule a materia sanguinea vel flegmatica descendente a cerebro in modum catarri aut idem ciuis fusus id est iniectus intus in os clistere id est iniectione cinis radicum eius aneti dicitur esse acrior id est acutior hic cinis rodit id est consumit carnes crescentes id est innascentes in vulnere curat vlcera que serpunt id est paulatim ⁊ latenter partes vicinas corrumpunt et curat vlcera sordida (que male morigerata appellant) iste cinis curat precipue vlcera mẽbri virilis (que ex fedo coitu aut fricatione immoderata aut quauis alia occasione procedunt) infusus

vñ vlcera mẽbri pudibũdi

sepius id est frequentius illis semen aneti assatuz et feruens id est appositum supra lapidem ignitũ aut ferrum candẽs reprimit idest pacificat singul tum olfactu id est odoratu si eger id est patiẽs sin gultum olfacit id est odorem illius seis vel suffitũ gium naribus attrahat. (fit autẽ singultus in ori ficio stomachi vt spasmus in reliquo corpore cum videlicet stomachus qui maxime neruosus est pre cipue in eius orificio sentit rem pungentem ⁊ gra uantem ad cuius expulsionem seipsum contrahẽ do adnititur) Medici dicunt radices eius aneti tritas prius ⁊ appositas posse tollere id est cura re feruores idest rubores oculorum Si apponas emorroidis semen aneti vstum id est combustum more predicto curat eas scilicet emorroidas et soluit id est dissoluit condilomata. (est autem con diloma genus quoddam tuberculi quod ex qua dam inflamatione nasci solet in partibus pudibũ dis) si flos aneti decoquitur in oleo reddit id est efficit illud oleum medicabile precipue id est ma xime prodest morbis natis id est prouenientibus de frigore ⁊ cõpescit id est sedat sepe dolorem ca pitis (Nam inter mitigatiua doloris que anodi na dicuntur anetum locum habere dignoscitur.) laxat id est relaxat seu ad na turalem situm repa rat neruos distensos (que distentio spasmus ap pellatur) ⁊ pellit id est repellit frigora.

qd singultus.

qd cõdilomata

De bethonica herba. xi.



Betonicā ſoliti ſunt ceſtrō dicere greci
Urinas potata ciet. lapideſqꝫ repellit
Fert emoptoicis cū puſca ſūpta iuuamē/
ydropicos ſiccat cum vino melleqꝫ ſumpta
De folijs eius tritis factum cataplaſma
Non modicū ꝓdeſt oculis quos leſerit ictus.
Illius ſuccus roſeo cōmixtus oliuo
Auribus infuſus varios fugat inde dolores:
Bethonice puluis cocto cū melle iugatus
Empicos: tuſſimqꝫ iuuat: ⁊ ſuſpiria ſedat
Et ſtomachi varios ſumptus ~~iuuat~~ Leuat ille dolores/

Si febris ex calida: cum vino si febris absit
Cum mulsa bibitus idem puluis mouet aluum.
Cum sale contritis folijs cataplasmate facto
Vulnera curabis fuerintqz facta recenter
Tritaqz fracture capitis hec sola medetur.
De folijs eius elixis fit cataplasma
Utile non modicum varijs vicijs oculorum.
Restringit lachrymas oculorū mansa vel hausta
Hac etiam caligo solet metuenda repelli
Equo cum ruta fuerit si pondere iuncta
Et sic cum limpha sumatur trita tepenti
Sic oculis nocuus sanguis per subtiliora
Dicitur expelli: sic lumina libera reddit

¶ Betonica soliti ꝛc. Betonica herba est varijs dotibus insignita quā Plinius lib. 25. cap. 8. multis effert laudibus. Que (inquit) bethonica dicitur in gallia/in italia serratula a grecis cistrō ante cunctas laudatissima est eius vires postmodū subiungit a quo macer non exorbitat. Greci soliti sunt id est consueuerunt bethonicam dicere cestron ipsa herba potata/ciet commouet ꝓuocat vrinas/ꝛ ipsa etiam potata repellit id est frangit lapides ipsa herba sumpta id est potata cum musca id est cum aqua mellis fert iuuamen id est opitulatur emoptoicis id est expuentibus sanguinez ipsa herba sumpta id est potata cum vino et cum melle siccat ydropicos id est aquosum humorem ydropicorum euacuat/cathaplasma id est emplastrum molle factū de folijs eius cōtritis ꝓdest.i.

confert oculis.idest oculorũ dolorībus non modi cũ imo multum quos oculos ictus percussio lese rit idest offenderit succus idest liquor illius herbe cõmixtus oleo roseo idest rosarum infusus.i.inie ctus auribus.i.intra aures fugat.i.eliminat inde i.ex auribus varios dolores:puluis betõice iuga tus ꝯiugatꝰ cũ melle iuuat ēpicos.i. saniē hñtes in cõcauo pectoris q̄ ex reumate antiquato fluen te ad pectus aut ex ruptura vene pectoris aut ex pleuresi aut pleuripueumõia inascitur ⁊ iuuat tus sim ⁊ iuuat suspiria.i.difficulter spirātes que pas sio grece asma vocatur Fit aũt asma ex grosso et viscoso humore dilatationē pulmonis īpediēte ⁊ ille puluis bethonice sumptus iuuat i.sedat dolo res varios.i.multos stomachi Idē puluis bibi tus cũ vino si febris est calida.i.si patiēs est febri ens ⁊ si febris absit si patiens sit sine febre ille pul uis bibitus cũ mulsa.i.cũ aqua mellis mouet.i.la xat aluũ.i.cõstipationē ventris curabis vulnera que facta fuerint recenter idest pauloante hoc di co cataplasmate facto idest confecto ex folijs eiꝰ s.bethonice contritis cum sale:⁊ hec folia sola si ne admixtione alterius medicaminis contrita me dentur fracture idest fractiõi capitis idest cranei cataplasma idest molle emplastrum fit de folijs eius scilicet bethonice elixis:idest decoctis vtile idest conducibile non modicum ymo multum vi cijs idest morbis varijs id est diuersis oculorum bethonica mansa idest comesta vel hausta id est bibita restringit idest abscindit lachrimas oculo rum que fiunt aut a debilitate virtutis digestiue ⁊ retentiue oculorum vel ex humorum multitudi ne a capite descendentium etiam caligo:idest de

q̄d em pyma.

Vñ as ma

Vñ la chrime oculo rum

Uñ vi-sus de-bilitas Mor-biculo ruz me tuēdi

bilitas visus (ab humoribus seu malis vaporib⁹ viam spirituum visibilium in neruis obticis. inter cludentibus aut tumeas oculorum opprimenti-bus procedēs) metuenda nam oculorum morbi tāto periculosiores ꝙto oculus aliis sensibus ex trinsecis excellentia prestat solet repelli idest cura ri si ipsa bethonica fuerit iuncta id est coniuncta cum ruta equo pondere: idest in eadem mensura et si fuerit sumpta. i. bibita cum limpha tepenti. i. tepida sanguis nociuus. i. rubedo oculorū ex no-ciuo sanguine venulas ⁊ arterias oculorū opplē te dicitur: id est asseritur expelli. i. resolui p subtili ora. idest per poros subtiles ⁊ insensibiles oculo-rum. Resolutio enī seu dyaforesis fit a calido nō excedenti subtiliante humores ⁊ aperiente poros in vaporem conuertendo ⁊ insensibiliter resoluen do reddit sic idest hoc pacto lumina. i. oculos li-bera. i. nullo impedimento obnoxia

Uñ re solutio seu dya phore-sis.

Sumpta hac cum tepida purgātur vomica dira
Pectoris ⁊ morbi potu curantur eodem
Splen iuuat illius decoctio sumpta iecurq;.
Uncia bethonice sociādus quaterna vetrici
Cum vini ciatis tribus. ⁊ his sunt addita grana
Uigintiseptem piperis simul hec bene trita.
Haustaq; purgabunt renes. pellēq; dolores
Uncia cum ciatis calide potata duobus
Dicitur immodicum ventris sedare dolorem
Hec tussi cū melle fugat. ventrē quoq; mollit
Unaquaq; die febre si vexabitur eger
Uncia iungatur plantaginis vna duabus

Bethonice sic cum tepida trita bibatur
Antea q̄ febris preuuncia frigora fiant
Uncia bethonice calide ciato resoluta
Prodest ydropicis. si sit potata frequenter
Radicum puluis cū mulsa tritus et haustus
Humores (velut eleborū) vomitu cito purgat
Bis binas dragmas precepit plinius harum
Radicum dare cum passo mulsa ve bibendas
Precipue flegma vomitu purgabitur isto
Cū mulsa bibitus puluis prodest foliorum
Ruptis. atq; steras potus leuat ille cadētes.

¶ Sumpta hac cum tepida: purgātur ⁊c. vomi-
ca id est cancreua que est cancer incipiens fieri cū
videlicet caro iam in liuiditatem seu viriditatem
conuertitur nundum vero cancer quia terrificus
est ⁊ insanabilis morbus. ¶ De hoc morbo que
vomica seu cancreua dicitur Plinius libro septi
mo naturalis hystorie memorabile recitat exem-
plum dicit enim cum quidam cui nomen erat phe
reus hoc morbo correptus fuisset derelict⁹ a me
dicis ⁊ propterea vitam pertesus mortem in acie
quereret vulnerato pectore medicamina inuenis-
se ⁊ ab hoste curatū fuisse vomica igitur vt ad p-
positum redeamus dira. i. crudelis purgatur. i. cu
ratur hec herba. i. potu hui⁹ herbe sūpta assūpto
cum tepida. idest cum tepida aqua supple ⁊ mor-
bi pectoris curantur potu eodem. et decoctio il-
lius herbe sumpta. id est. bibita iuuat splen. id-
est spleneticos quibus videlicet splē nimio humo

q̄d vo- mica cancre ua ⁊cā cer
Mēo- rabile exēm
q̄ sple- netici

re melancolico aggrauatur ꝛ curat iecur.i. mor-
bos epatis ꝛ opilationes vncia quaterna.i quat
tuoꝛ vncie bethonice sociata.i. associate cum tri-
bus cyathis.id est triginta dꝛagmis vini vetusti.
i.veteris ꝛ viginti septem grana piperis sint ad-
dita.id est adiuncta his pꝛedictis hec trita.i. con
trita simul.s. quattuoꝛ vncie bethonice septem et
viginti grana piperis cum tribus cyathis vini et
hausta.i.bibita purgabunt renes.i.lapides seu a
renulas renum qui moꝛb⁹ neufresis dicitur ꝛ pel
lent doloꝛes renum sup. vncia vna bethonice po
tata cum duobus cyathis aque calide dicitur. i.
asseritur sedare.i.pacificare doloꝛem immodicū.
i.vehementem ventris hec herba iuncta cum mel
le sedat tussim quoq̄.i.etiam mollit.idest laxatvē
trem si eger vexabitur febꝛe.idest a febꝛe vnaqua
q̄ die.id est a febꝛequotidiana vna vncia planta-
ginis iungatur duabus vncijs bethonice ipsa tri
Qd fri- ta sic cum plantagine bibatur cū aqua tepida an
goꝛa p̄ teq̄ frigoꝛa pꝛenuncia febꝛis fiant (fit enim hmōi
nuncia frigus ex phlegmate putrefact o dispso supꝛa mē
febꝛis bꝛa sensibilia pꝛiusq̄ febꝛilis ardoꝛ excaudescat)
vncia vna bethonice resoluta.i.dissoluta vni cya-
to aque calide pꝛodest ydropicis si sit potata fre-
quenter.idest sepe:puluis radicū bethonice trit⁹
et haustus cū mulsa idest cū aque mellis purgat
cito idest velociter humoꝛes stomacho inundan-
tes vomitu.idest p vomitū velut idest sicut helebo
hele- rus q̄ pꝛe ceteris medicamibus vehemētius ꝓuo
boꝛus cat vomitū sed eo cautius vtēdū est vt paulopost
videbitur Plini. p̄cepit dare dꝛagmas bis binas
quattuoꝛ radicū huius herbe bibēdas cūvino āt
mulsa.i.aqua mellis phlegma.i.humoꝛ phlegma

ricus (qui tñ nõ est verus humor cũ oim humorũ in epate fiat gñatio vomitus aũt solius stomachi sit purgatiuus phlegma igitur idest humor incoctus velut phlegma purgabitur precipue isto vomitu sic prouocato puluis foliorum bethonice bibitus cum mulsa. idest aqua mellis prodest ruptis idest herniã patientibus (que est descẽsus pãniculorũ ventris aut intestinorũ in bursam testiculorũ atq; pot⁹ iste leuat. i. releuat steres. idest matrices cadẽtes / vnde passio sterica. i. matricalis (fit autẽ descensus matricis siue exitus cũ eius ligamẽta p modũ paralisis laxantur

De vomitu.

Qd hernia

Vñ fit descensus matricis

Cum vino sumptis obstat potata venenis
Precipue semen quod si desit datur herba
Vnica bethonice cum vino sumpta tepenti
ycetericos curat. cũ mulsa menstrua soluit
¶ Dici flos floꝝ ⁊c. Rosam cunctis floribus et pulchritudine ⁊ excellentia longo antecedere interuallo nemo est qui nesciat de cuius vtilitate atqꝫ fragrantia Pli. libro. xxi. capi. iiij. determinat illam igitur imprimis auctor multis afficit laudibus. ¶ Rosa videtur nobis dici. i. vocari flos florum per excellentiam iure. i. non sine legitima ratione qꝛ. i. qa pcedat cunctos flores specie. i. pulchritudie ⁊ odore. i. fragrantia. tamē hec scꝫ rosa non valet tm̄. i. tantūmodo iuuare nos specie vel odore at pro sed illa rosa scilicet adiuuat nos medelis id est medicaminibus varijs. id est diuersis Uerū (vt ait mesue) rubee albis multo sunt pstantiores vis idest complexio eius est frigida ⁊ sicca

sunt prestãtiores vis id est complexio eius est frigida ꝛ sicca in primogradũ. Ipsa compescit ignẽ sacrum id est persiccũ si apponitur trita id est contrita quoqꝫ id est etiã ipsa sedat id est mitigat feruorem supple stomachi aut precordiorum si stomachus calet. id est nimio calore feruescit aut si precordia calent (precordia proprie sunt membrane que exta separant ab inferiori viscerum parte ideo sic vocata quia cordi pretenduntur nonnunquam tamen a medicis pro ventre ipsisqꝫ intestinis vsurpari solẽt (Rosa bibita cũ vino stringit. i. restringit fluxum matricis. id est menstruorum et fluxum alui id est ventris plurima collíria querũt id est exigunt in sua confectione succum illius rose scilicet (Est autem collirium) vt inquit Matheus siluaticus (medicina ocularis forma oblõga que fricatur super cotem cum aliquoquando in oculis poni debet ꝛ alio nomine dicitur sief) et puluis rose sicce iniectus per se tantum vel mixtus cum melle subuenit id est succurrit bene id est valde morbis oris idest vlsceribus ꝛ pustulis eiꝰ (que fiũt vel a fumis corruptis a stomacho ꝛ sursum eleuatis vel a materia reumatica nitrosa a cerebro descendente) ipsa rosa recens trita ꝛ superaddita cohercet id est reprimit omnes feruores id est ardores vel si ipsa commixta mulse id ẽ aque mellis bibatur. Oleum conficitur ex hac rosa ꝛ vocatur oleum roseum vtile morbis diuersis et multis causis id est egritudinibus.

qd sint pcordia

qd colerium

vñ vlcera ꝛ pustule oris

Si bibitur ventrẽ mollit stomachiqꝫ calorem
Extinguit nimiũ bene si foueatur eodem.

Et dolor & feruor capitis curabitur illo
Permiscendo sibi forte si iungatur acetum
Expurgat sordens vulnus repletq; pfundum:
Et cõbusturis pclare cõuenit ignis.
Ore diu tentũ dentis sedare dolorem
Dicitur & duras palpebras reddere molles.
Aufert suppositũ pruritus interiorum
Et stericis variis solet hec succurrere causis.
Hoc oleũ qm̃ variatur cõficiendo
Dicã palladius qd scripserit ipse peritus
Quod rubeũ fuerit folior; sumito flores.
Uncta sic purgator; mergatur oliui
In libra vitreo sic claudens oia vase.
Sub phebo tantũ septẽ suspẽde diebus
Inde medelarũ varios seruetur ad vsus.

¶ Si bibitur. Si tale oleum bibitur mollit id est mollificat ventrem & extinguit calorem stomachi nimium id est immoderatum si foueatur id est vnguatur eodem oleo bene id est valde & dolor capitis & feruor capitis curabitur illo oleo rosaceo: si acetum forte id est multum acre iungatur eidem oleo permiscendo sibi hoc oleum expurgat id est mundificat vulnus sordens id est multa sordicie fetens & replet carne supp. vulnus profundum i quo videlicet est magna carnis deperditio. Et conuenit id est competit preclare id est egregie combusturis id est combustionibus ignis hoc oleum tentum id est retentum diu ore id est in ore dicitur

sedare id est pacificare dolorem dentis. (quiquidem dolor est passio gingive vna cum radice dentis propter.neruos subtiles subintrantes dentem et fit propter materiam ibidem fluxam caudã vel frigidam) ⁊ ipsum oleum dicitur palpebras id est partes oculum obducentes duras id est induratas ⁊ inflatas vel propter puncturam alicuius animalis venenosi vel propter odorationem reruȝ calidarum seu ab aliquo humore grosso) reddē. id est molles ad molliciem reducē. Oleum roseuȝ appositum aufert pruritus id est pruriginem interiorum sub interiori cute latentem. Et solet succurrere causis idest egritudinibus varijs stericis id est matricalibus. Quoniam hoc oleum variatur conficiendo id est varijs modis conficitur dicam quid paladius ipse medicine peritus scripserit de modo conficiendi illud oleum. Sumito flores foliorum rosarum qui flores fuerint rubei vncia vna oliui. id est olei oliuarum iungatur in libra vna florum rosarum purgatorum sic a suo stipite tu claudens omnia hec scilicet rosas ⁊ oleuȝ in vase vitreo suspende expone illud septem dieb⁹ tantum id est solummodo sub phebo in sole inde. id est postmodum seruetur ad vsus varios id est multiplices ⁊ diuersos. Nam vt ait Gale. oleum rosaceum calefacit frigida ⁊ calefacta infrigidat

vñ dolor dēntium

vñ palpebrarũ tumor vel duricies.

¶ De lilio herba.xxij.



AUrosas(vt credo)rosas argẽtea dicunt auratas
Lilia iure sequi q̃ nec specie nec odore
Cedere credũtur roseo collata decori.
Nec minus in multis hoim̃ sunt apta medelis.
Eius radicis bulbus que lilia ꝑfert
Sub prunis coctus iuncto quoq; tritus oliuo
Prodest vsturis mire superadditus ignis:
Et melius roseũ sibi si iungatur oliuum.
Duras matrices mollit(si subditur)idem:
Elixis eius foliis cathaplasmate facto.

Molescũt nerui cõbustaq; mẽbra iuuantur.
Sic quoq; suppositis morsus curabit anguis.
Aut si cũ vino bulbus potabitur eius
Sic quoq; fungorũ vetat ille venena nocere.

¶ Lilium flos est candidissimus nobilitate primus rose & quedẽ cognatiõe vnguẽti qd ab eo lilion appellat nulli flor excessitas maior hec pli. lib.xxi.ca.v.cui noster auctor astipulat Etvt paulisper a proposito digrediar ipa lilia christianissimo francorum Regi pro insignibus idcirco transmissa fuisse(vt ferunt annales)diuinitus crediderim q sicut lilia ceteris floribus celsitudine fragrantia & pulchritudine propolent sic ipse rex cunctis principibus terrenis opibus nobilitate ac virtutibus lõge sublimior existit Sed ad littere structuram veniendũ est. Lilia argẽtea.i.candida velut argentum debẽt sequi iure.i.iuste rosas aurosas id est coloris aurei que lilia collata.i.comparata decori.i.venustati roseo.i.rosarũ credũtur nõ cedere.i.nõ esse inferiora specie.i.pulchritudine nec odore.i.fragrãtia ipsis rosis nec id est & non sunt minus apta.i.conuenientia in multis medelis.i. medicaminibus hominum egrotantium supple bulbus idest cepe liliĳ (est enim bulbus vt ait Auicenna cepe qd comeditur paruũ & qr radix li
pruna liĳ figuram habet cepe per similẽ ideo hancvocat
& car bulbus)tectus sub prunis.i.sub cinerib9 ignitis
bo dnt pruna & carbo inuicẽ discriminis habent q pruna dicitur qdiu ardet:carbo autẽ nominatur eũ extinctus fuerit)quoq;.i.etiam contritus dico oliuo.i.oleo oliuarum iuncto.i.addito prodest vstu-

ris.i.cōbustionibus ignis superadditus.i.si supꝫ addatur mire.i.optime.⁊ ꝓdest melius si oliuum roseum iungatur.i.addatur sibi mollit.i.molliores efficit matrices duricies autē matricis ⁊ eiꝰ spissitudo.vt auctor est Galenus ex frigiditate ꝓcedit.quc quidem spissitudo sterilitatis causa est Quecūqꝫ frigidas ⁊ densas matrices habent nō concipient inquit Hyppocrates Hoc oleū ergo mollit matrices duras si subditur.i.supponatur matrici.Nerui contracti per modū spasmi vt diximꝰ mollescunt.i.mollificant folijs eius.s.lilij elixis.i.decoctis hoc dicto cathaplasmate facto.i. confecto ⁊ mēbra cōbusta iuuantur.i.sanitati restituūt hoc cathaplasmate adhibito sup. ⁊ morsus anguis curabitur.i.sanabitur his folijs suppositis Aut si ille bulbus.i.illa radix lilij potabitur cum vino quoqꝫ.i.etiā ille bulbus.i.radix lilij vetat id est prohibet venena fungorū:id est que ex esu fungorum surrepunt nocere;id est nocumentum inferre. vñ matricis spissitudo

Hunc vino coctū tritūqꝫ pedū superadde
Clauis nec soluas nisi cū lux tertia transit
Pingui porcino decoctus idē vel oliuo
Reddere posse pillos mēbris narratur adustis
Cū vino potū nocuū purgare cruorem
Per ventrē dicunt ⁊ sic ꝓdesse lieni.
Sicqꝫ iuuat vuluas sic idem mēstrua purgat.
Uel si cū vino veteri coctū superaddas.
Precisis neruis tritus cū melle medetur.

Expressus succus folioꝝ mixtus aceto
Et melli coquitur sic mellis sint ⁊ aceti
Ut gramen partes predicti quinqꝫ liquoris
Ad desiccandas nichil est magis vtile plagas
Indeqꝫ cicatricē ducit licet inueteratam
Elixus bulbus ⁊ cerotis bene mixtus
Rugas distentat vultus maculas fugat omnes.
Lichenas purgat faciē quoqꝫ furfure purgat
Exprimitur succus de tritis floribus eius.
Qui mollit vuluas cū lana subditus illis.
Illitus assteritur sudorem posse mouere
Turgida maturat post cōquoquit ⁊ cito purgat.

¶ Huncvino coctum ⁊c. superadde hunc bulbū id est radicē lilij coctum cū vino ⁊ tritū clauis .i. callosis tuberculis seu tumoris pedum (Clauus ab auctoribus in varias vsurpatur significātias Nonnunqꝫ vestimēti quoddam genus veluti quibusdam clauis aureis distictum designat hoc soli senatores aut consules induebantur. Clauus etiam a claudēdo dicitur ob id eni figitur vt claudat siue contineat aliquit. Clauum etiā nauis gubernaculum dicimus ꝙ eam dirigat rectamqꝫ cōtineat. Item ab huius claui similitudine clauus appellatur tuberculi genus callosi quod in diuersis corporis partibus nascitur maxime tn̄ in pedibus ⁊ in hāc significationē ab auctore nostro nūc assumitur) Sed dimissum repetam⁹ iter supadde ergo hūc bulbū cū clauis pedū nec soluas .i. amoueas hanc radicem lilij seu bulbū cū vino tritum nisi cū lux tertia transsit nisi tribus dieb⁹ exactis

Claui multiplex significātia

idē bulbus.i.radix lilij decoctus in pingui.i.pinguedine porcino vel oliuo.i.in oleo narratur posse reddere.i restituere pillos hoc dico membris adustis.i.exustis Auctores dicunt liliū vel eius radicem potum.i.potatum cū vino purgare calorē nociuū.i.humores colericos aut phlegmaticos salsos per ventrem.i.per inferiorem regionem et dicunt sic potatum prodesse lieni.i.doloribus spleneticis ꝛ iuuat sic exhibitū supple vuluas.i.dolores matricis ꝛ purgat sic exhibitum menstrua.i. mulierum profluuia vel si supaddas matrici supple ipsum liliū coctum cum vino veteri purgat mēstrua lilium tritū cum melle medetur.i.auxiliatur nervis precisis (non tamen neruos abscisos consolidare potest qm̄ sunt mēbra spermatica q̄ vt inquit Auicenna cum solutionem continuitatis patiuntur certa continuitate nō restaurātur) intelligamus ego medetur neruis precisis.i.dolorē neruorū continuitatis solutionē patiētium pacificat punctura enim neruorum vt inquit Galenus propter plurimū sensum ꝛ propter hoc ꝙ cōtinua est secundum principium particula parata est aduocare spasmū. Et ideo de lilio dicit Auicenna bonum est abscisioni neruoꝝ de spasmo superius aliquid scripsimus) succus folioꝝ lilij expressus.i. eductus per compressionem manuū mixtus aceto ꝛ coctus melli.id est cum melle partes mellis et aceti sic sint vt gramen.id est in eo pōdere quātū erat gramē.i.herba a qua fuit succus expressꝰ et sint quinqꝫ ꝑtes ꝑdicte liquoris.i. succi. nichil magis vtile.i.cōducibilius ad plagas desiccandas ꝛ ducit idest inducit facit cicatricem (cicatrix

Nerui abscissi nō cōsolidātur

Punctura neruorū inducit spasmum

q̃d ci. quippe est quoddã signum quod ex vulnere rema
q̃s p= net. Apostemata enim q̃ via maturationis termi=
cessus nantur primo maturantur deinde aptione facta
in cu= mundificantur postmodũ carne dep̃dita restaurã
rãdis tur deinceps consolidãtur demũ vero cycatrisan
apãti. tur q̃m enim cutis q̃d membrũ est spermaticũ fa=
q̃re in cta est deperditio quod re ipsa restauri nõ potest
vulne= ideo vt inquit Galenus aliquod simile cuti car...
rib9 fi= scilicet callosam est faciendũ ducit ergo cicatricẽ
ũt cica inde idest ex nimia desiccatione licet inueteratam
trices. id est longa vetustate coinquinatã bulbus.i.ipsi9
lilij radix elixus ⁊ mixtus.i.immixtus bene id est
valde cerotis.i.solidis emplastris distẽtat.i.rela
xat ⁊ applanat rugas vultus ⁊ fugat.i.delet oẽs
quid ly maculas corporis ille bulbus curat lichenas q̃d
chenas dam morbi genus grauissimũ quod a mento inci
morb9 pit oriri: vnde ⁊ mentagram veteres illam appel=
larunt queẽadmodũ sedissima illa contagio q̃ an=
Cur: te hac adeo in gallos suam exercuit seuiciam nec
morb9 dum seuire desijt vicatur pudendagra quia vt plu
q̃ nea= rimũ a pudendis corporis partibus suam capit
polita= originem. Illa ex osculandi consuetudine inficie
num di bat hec ex contactu venereo vt plurimũ contam
cũt d̃r nat illa ex asia primũ in italiã fuit importata hec
puden ex italia in galliã fuit disseminata quoq̃3.i. etiam
dagra purgat.i.emundat faciem furfure.i.panno ⁊ len=
Vñ ha tiginibus succus de floribus eius tritis exprimit
buit o= id est exprimendo educitur de floribus tritis eius
rigĩne3 scilicet lilij qui mollit.i.mollificat vuluas.i.matri
ces subditus.i.suppositus illis cum lana in mo=
dum pessarij ille succus illit9 id est delinitus asse
ritur id est dicitur posse mouere sudorem ille inq̃3
succus cum lana maturat turgida id est aposte=

mata(Maturatio inquit Aristoteles est digestio circa fructuum alimenta & ipsos fructus facta et paulopost subiungit dicuntur & alia multa matu ra quadã translatione ad hanc maturationis spe ciem q̃ apta nomina non succurrant quibus ipsa vocemus vt apostemata matura dicuntur cũ cõ sistit sanies)post concoquit.i.digerit & purgat sa- niem cito id est festinanter. qd sit maturatio

De satureia herba.xxiiij



Tymbra solet grece dici satureia latine
Illa sicca minus vis est sed feruida valde
Prouocat vrinã cũ vino ꝛ menstrua sumpta:
Pellit abortiuũ. muliebria viscera purgat
Illius puluis cũ cocto melle subactus
Et mãsus (vel cũ vino si sumitur idem)
Pectoris humorẽ pellit ꝑ sputa tenacẽ.
Cũ vino tepido cõpescit tormina ventris
Si large bibit verũ iam sepe ꝓbaui.
Est quidẽ morbus letargus noĩe dictus.
Oppositũ medici quẽ dicũt esse frenesi.
Quod vetat hic somnũ si sõno grauat hoc egrũ
Hoc tam letali somno depressus aceto
Timbrã cõmiscẽs foueat caput inde frequenter
Sic viciũ pigri poterit depellere morbi.

¶ Tymbra solet ꝛc. hec herba que ꝛ satureya et thymbra vocat apud gentiles in magno habebatur honore ob id precipue ꝙ in agro vbi apollini templũ cõsecrabat frequẽs erat ꝛ coppiosa vnde et ipse apollo medice repertor opis (vt inq̃t Ouidius) tymbreus appellabat. tymbra grece. i. greco vocabulo sic dicta solet dici latine satureia vis id est cõplexio est illi minus sicca sed est feruida. id est calida valde (ab auctoribus tamen calida et sicca in tertio gradu asseritur) ipa sumpta cum vino ꝓuocat vrinã ꝛ purgat menstrua ipsa pellit id est educit infantem abortiuũ. i. suffocatum i aluo matris ipsa purgat viscera. i. mẽbra secreta ge

Apollo tymbreus.

nerationi destinata muliebria.i.mulierum:si quid supflui post partũ remanserit vt secundinas pul= uis illius herbe subactus.i.tritus cũ melle cocto id est decocto ⁊ mansus.i.comestus vel si idẽ pul uis sumitur cũ vino pellit.i.educit humorẽ tena= cem.id est viscosum pectoris p sputa.i.expuendo si ipse succus bibit large.i.coppiose cũ vino tepi= do cõpescit id est sedat tormina.i.tortiones ven= tris pbaui hoc iam.i.lapsis tẽporibus sepe id est creberrime quidẽ morbus est dictus, suo nomiue lethargus quẽ morbũ medici dicunt esse opposi= tum.i.cõtrariũ phrenesi q.i.qr hec.s.phrenesis ve tat.i.phibet somnũ sed hic lethargus pregrauat egrum somno id est nimia somni pfunditate. Fa bulantur poete flumẽ esse apud inferos cuius la tices si quis gustauerit oim pteritarũ rex obliuis= cit lucanus quã iuxta lethes tacitus plabit ãnis infernis vt fama ẽ trahẽs obliuia venis Ab hoc noie deducit lethargus morbus ẽ somnũ iducẽs profundissimũ ac obliuionẽ ex phlegmate grosso frigido ⁊ viscoso puppim cerebri occupãte pue= niẽs phrenesim vo a phrenib9.i. pelliculis cere= brũ frenãtib9 deductũ volũt qd tñ a doctis nõ p= batur nomẽ eñ grecũ a latino suã trahere origi= nẽ nõ satis est cõsentaneũ phrenesis igit si vera ẽ est apostema cerebri ex materia sanguinea aut co lerica Sed nõ vera phrenesis ẽ collectio fumosa in pra cerebri. Sed ad seriẽ lre redeam9 eger de pressus.i.oppressus sõno tã letali.i. tã obliuioso vel mortali cõmiscẽs tymbrã aceto.i.cũ aceto to uest.i.delimat caput frequẽter inde.i. tali linimẽ to poterit depellere sic.i.hoc mõ viciũ errorẽ mor bi pigri.i.pigriciã inducentis.

qd le targ9.

Quid phrenesis vero ⁊ nõ va.

Hanc herbā caueat mulier cōtingere pregnans
Nā nō mansa modo sed ꝑtū subdita pellit.
Nausea sedatur hac si bene trita sumatur
Cū modico vino vel si sumatur in ouo.
Hocq₃ modo mire venerem solet illa mouere
Si largo potu viridis vel sicca bibatur.
Qꝫ si cū vino mel iungitur ⁊ piper illi:
Nō modicū veneris succēdere dicitur ignem.
Hinc est a satiris merito satureia vocata
Qꝫ sint in venerem nimis hec aīalia prona.
Si desit thimus ꝓ thimo ponere timbram
Precipiunt medici qꝛ vis est equa duobus

¶ Hanc herbā. ⁊c. Mulier pregnans. i. grauida caueat cōtingere. i. ne cōtingat hanc herbā nā. i. quia ipsa nō solūmodo mansa sed subdita. i. matrici supposita pellit. i. educit partum. i. embrionem. Nausea. i. vomendi desideriū sedatur. i. quietatur hac si satureia bene trita sumatur cū vino modico vel si puluis eius sup. sumatur in ouo tremulo et sorbili illa solet mouere. i. cōmouere venerē. i. appetitū libidinosum mire. i. valde hoc modo sequētꝰ si ipa viridis. i. recens vel sicca cū potu largo. i. abundāti. qꝫ. i. sed si mel ⁊ piper iungitur illi satureie cū vino dicit̃. i. asseritur succēdere. i. suscitare ignē. i. incendiū nō modicū veneris. Hinc. i. eā ob causam vocata est satureia a satyris merito. i. legitime qꝫ. i. quia hec animalia sint ꝓna. i. ꝓclinia nimis. i. p̄ter modū in venerē (Satiri ethiopie deserta inhabitāt p̄ter figurā nil habētes moris hu

qd sint satiri

mani incedūt nudi caprinos pedes habēt oībus
prestant aialibus velocitate cursus. Satiri idcir=
co vocantur q semp in venerē efferuent greci eñ
satyr mēbrū virile appellabāt Veteres p deis sil
uestribus colebant. vñ Oui. Sunt michi semidei
sunt rustica numina nymphe Et fanni satyriqꝫ et
monticole siluani) Si thymus desit. i. deficiat me=
dici precipiūt ponere. i. assumere tymbram. i. satu
reyam qr vis. i. cōplexio ꝛ ꝓprietas est equa. i. simi
lis illis duabus. s. tymbre ꝛ thymo.

De saluia herba. xxiiij.



Saluia cui nomē eliphagus est apud agros
Cū mulsa iecoris pdest potata querelis.
Pellit abortanū lotiūqꝫ ⁊ menstrua purgat.
Trita venenatos curat supaddita morsus
Crudis vulneribus (q̄ multo sanguine manant)
Apponas tritam dicunt retinere cruorem.
Cū vino succus tepidus si sumitur eius
Cōpescit veterē tussim laterisqꝫ dolorem.
Pruritus vulue curat virgeqꝫ virilis
Si foueas vino fuerit quo saluia cocta
Illius succo crines nigrescere dicunt
Si sint hoc vncti crebro sub sole calenti.

¶ Saluia cui nomen est ⁊c. Quāti inter herbas salutiferas saluia estimanda sit ipsum nomen insinuat satissuperqꝫ. Saluia enim ꝙ diuersos sanet morbos sic appellatur Nam ⁊ Marcilius ficinꝰ et medicus ⁊ orator excellentissimus ad producēdam vitam hanc non parum commendat phamꝰ inquit ⁊ saluiam. hec enim naturevirtutem temperate calefacit. ⁊ firmat paralisim ꝑpulsat. huius herbe complexionem noster auc. preterit silentio. Nam ⁊ auicenna ⁊ gal. certum sue complexionis gradum minime retexerunt de ea inquit Auicenna Saluia diuersificatur secūdum species ⁊ secūdum cōplexiones singulariū ⁊ virtus eius omnino maturatiua est ⁊ resolutiua. Gal. vero de saluia disserens ait. Cōplexio huius herbe est calida caliditate manifesta ⁊ sufficienti ⁊ parum stiptica. Sed alienos auctores missos faciamꝰ ad

nostrum nostra se referat interpretatiuncula Salt uia cui apud argos.i.grecos nomen est eliphagos potata.i.bibita cum mulsa.i.cū mellicrato prodest.i.vtilis est ⁊ medicabilis querelis.i.dolorib⁹ iecoris.i.epatis saluia pellit.i.educit abortiuum id est fetum mortuū in aluo matris ⁊ purgat lotiū id est vrinā ⁊ menstrua mulierū sup.saluia trita et supaddita curat morsus venenatos.i.ab animalibus venenosis illatos Venena eñ quedā sunt ex aīalibus vt tyrus scorpius Alia ex plantis vt napellus helborus albus quedā ex mineris vt re algar/argentūviuū.venenū āt a tota ꝓprietate vite nostre oīno contrariū est Queadmodū eñ cibus in substantiā nostri corporis cōuertitꝰ ⁊ tandē eidem efficitꝰ simile itidē venenū corpus nostrū partē ve cui adhibetꝰ in sui ipsius naturā conuertit venenosam Apponas saluiā tritā vulneribus crudis.i.recentibus nā medici sup. dicūt ipsaȝ retinere cruorē si succus eius sumitꝰ tepidus cūvino cōpescit.i.sedat tussim veterē.i.lōgo añ tpe infestantē ipsa saluia curat.i.sanat pruritū virge virilis ⁊ vulue.i.matricis Queadmodū eñ hō prurire dicitꝰ cū cutis empetigie molestus scalpēdi desiderio afficitꝰ itidē ⁊ quispiā prurire dicitꝰ cū est motus in venerē ⁊ semē incipit moueri e corpore vt se ꝓmat quod ⁊ ab intensione virilis mēbri tentigo nominatur)saluia ergo curat huiusmodi pruritum si foueas. id est abluas per modū fomenti hec mēbra pudibunda vīo in quo saluia fuerit cocta auctores di.crines nigrescere id est nigriores euadere succo illius saluie si crines sup.sint vncti crebro id est frequenter hoc succo sub sole calenti.i.calorem influenti.

Quot tuplex venenum





Ligurũ patria sũp sere ligustica nomẽ
Coppia q̃ maior ibi nascit illi⁹ herbe
Tertius huic gradus est sicci calidi-
q̃ vigoris.

Maior radicis vis est ꝛ seminis eius:
Et par est illis vis in medicamine quouis
Inflato stomacho cũ vino sumpta medetur
Et tali potu vis degustiua iuuatur.
Oibus ꝛ morbis sic ꝓdest interiorũ

Urinas sic sumpta mouet. et menstrua purgat.
Tota venenatis medicat morsibus herba
Si bibit bene trita prius vinoque soluta
Et pars contrite ponatur desuper herbe.
Non modicu colicis prodest hec mansa vel hausta.
Uel si radicis elixatura bibatur.
Nec solu colicis decoctio proderit ista:
Sed supradictis medicabitur oibus hausta.

¶ Hec herba cui nomen est ligustici a liguria vt inquit macer nome sortita est. Est aut liguria italie regio inter amnes varu et macru sita cuius caput genua est. qua paucis ante diebus triuphantissimus francoru rex Ludouicus armis bellicis suo redagit imperio. Ipsi siquide ligures logissimis anactis teporibus in maxima ai superbia efferebant cuius rei maro noster testis est opulentissimus horu em vesaniem in sua eneide taxa hoc pacto. Uane ligus frustraque ais elate superbis. hec tamen vana mentis extollentia que tandiu inter mortales inualuerat faustissimis regis nostri auspiciis in mansuetudinem conuersa est. Quam profecto sortem veneti ipsis liguribus contermini (auspice deo) eisdem armis eodemque ductore (vt equu est) paulopost sunt accepturi. Sed forte altiora loquimur quam huic minerue competat tenuissime. eo igitur vnde sumus digressi subinde reuertamur ligustica herbe ipse de quibus supp. verba sumus facturi sumpsere id est vendicauerunt sibi nomen a patria ligurum quod id est quia coppia id est abundantia illius herbe nascitur id est producit.

genua

quid liguria.

sibi in ligurla maior ꝙ ceteris in regionibus sup. tertius gradus vigoris calidi.i. caloris ꝛ sicci.i. siccitatis est huic herbe vis.i.virtus est maior.i. efficacior radicis ꝛ seminis huius herbe(ne quid autē titubes grāmaticule ligustici sub neutro genere in singulari non variatur. pluraliter vero ligustica dicimus) Et vis.i.virtus est par.i.equalis illis scilicet radici ꝛ semini: hec herba sumpta cum vino medek.i.prebet medelā stomacho inflato(quequidē inflatio ex debilitate virtutis digestiue ꝓcedit) Et vis.i.virtus digestiua iuuatur tali potu ꝛ hec herba sic sumpta ꝓdest oībus morbis interiorū presertim a causa frigida prouenientium ipsa sumpta sic.i.cū vino mouet.i.educit vrinas et purgat menstrua.hec herba tota.i.a tota specie vel tota simul sumpta medicatur morsibus venenatis si bibitur trita bene.i. diligenter prius ꝙ bibatur ꝛ soluta.i.expressa vino.i.cum vino.et pars herbe cōtrite.i.id quod remanet post expressionem succi cū vino ponatur super morsuram venenatam.hec herba mansa vel hausta prodest nō modicum colicis.i.colico morbo laborātibus(ꝙ tantā infligit acerbitatem vt a nonnullis miserere mei deus nūcupetur de hoc superius nōnichil diximus(ista decoctio nō solum proderit colicis.i. colicam patiētibus sed ipsa hausta medicabitur id est auxiliabitur omnibus predictis egritudinibus scilicʒ debilitati digestiue ꝛ morsui venenoso

vñ stomachi īflatio

Digestibilibus semen bene iungitur eius
Oībus antidotis:qđ inest sibi pectica virtus
Hanc oculis strabus potuqʒ ꝛ opore nociuam

Asserit antidotis eius tantūmodo semen.
Misceri iussit hoc vtrum dixerit a se
Aut doctorū libris nō est michi notū.
Hoc scio: q veteres nō paruis laudibus istam
Attollunt herbā nec me legisse recordor
Ullum qui strabi sermonibus astipuletur.

¶ Digestibus etc. semen eius iungitur bene. i. cō uenienter oībus antidotis digestibilibus . i. materie peccanti digerende conuenientibus sicut sunt sirupi iulep et electuaria nonnulla: q id est qr virtus pectica id est digestiua inest sibi (pectica inqt math. sil. sunt digestionem facientia vel iuuantia)
¶ Idcirco autem amedicis digestiua ante pharmaciam. id est medicinam laxatiuam exhibentur vt materie morbum facientes sine quarum expulsione nunq̄ vera efficitur sanatio vt inquit gal. facili disponantur expulsioni: quoniam vt inquit Auicenna hoc est quod a pena corpus securum reddit. Ideo magnus ille medicorum pater hyppocrates hanc sententiam volens altius nostris insidere mentibus inquit. digesta medicari et mouere non cruda et paulopost eandem fere depromit sententiam. Corpora vbi quis vult purgare oportet fluxa facere hunc tamen canonem hyppocraticum nonnulli potius inter carnifices immanissimos q̄ salutifere medicine alumnos connumerādi passim transgrediuntur. Nam cum primū quēpiam adeunt egrotantem quocūque laboret morbo quocunque etiam humore peccante nulla cōstantie/virtutis/etatis/complexionis/aliorumq̄

cur medici p̄ponūt digestiua farmacis

Error vulgariū medicor.

discussione facta nullis denique signis premeditatis nulla digestione preuia indiscriminatim herbas venenosas vt pote tintimalum esulam elleborum in ea dosi quam vix equus tolerare posset administrant quibus nature vim inferentes per vtramque portam humores corporis et bonos et malos exire compellunt ex quibus quot nature impendent pericula medicorum est disserere. Sed istos ydiotas cum sua capitali inscicia relinquamus. Strabus ille medicus asserit hanc herbam nociuam oculis potu et odore. id est cum potatur et odoratur. Idem strabus iussit semen illius herbe tantummodo misceri antidotis. id est medicaminibus non herbam aut radicem non est michi notum an. id est vtrum strabus dixerit illud a se vel acceperit a libris doctorum tamen sup. hoc scio quod veteres attollunt id est efferunt istam herbam laudibus non paruis id est eximiis: nec recordor me legisse vllum auctorem medicine qui astipuletur. id est consentiat sermonibus. id est dictis strabi: quod videlicet hec herba potu et odore sit oculis detrimentosa.

De ostrutio herba. xxvi



Strucium est obstructum quod vulgi more vocatur:

Uim cali dã siccãq; tenet radix fugat eius
Cũ vino morbos iecoris si trita bibatur.
Ictericos sic sumpta iuuat: splenisq; tumorem
Morbũ (quẽ grecis clirosim dixere) repellit.
Hocq; modo lapides vesice frangere dicunt
Mẽstrua sit lotiũq; mouet tussiq; medetur
Sic orthonoicis pdest si sepe bibatur.
Subdita matrici depellere fertur abortum

Et sic tarda nimis educere menstrua tradunt
Acri cū vino si iungitur atq polenta
Illius succus: lepras emundat inunctas
Hoc etiā succo iuncto cū polline: quē dant
Ordea: curatur vt dicunt pustula q.. eius.
Si super addideris emplastri more dolori
Illius succus cū melle terendo iugatus
Humores capitis purgat si nare trahatur
Sternutamentū p se puluis mouet eius
Naribus iniectus veratro nō segnius albo.
Ictericis succus mire medicabitur eius
Hunc si nare trahāt lacti mixtū muliebri.

¶ Hec herba apud medicos raro hr̄ in vsu Id circo eius vires cū auc. nr̄o celeriter pcurramus Sturctū est herba qđ vocat̄ obsturciū more. i. secundū morē vulgi tenet. i. obtinet vi3 calidā ꝛ siccam radix eius fugat morbos iecoris si ipa trita bibat̄ cū vino hec herba iuuat sic. i. cū vino sumpta ycterteicos ꝛ repellit tumorē splenis quē greci dixere sclirosi (Est āt sclirosis durū apā cuius v3 subtile resoluit̄ ꝛ grossum remanet cur āt isplene apostemata fiunt dura ꝛ sclirotica. Auicēna hāc adducit rationē qm̄ sanguis qui puenit ad eū vt nutriatur ipso est sanguis spissus cum ponitur in apostemate quare induratur ꝛ medici dicunt hāc herbā frangere lapides vesice hoc mō. i. cū vino sumptā ꝛ mouet. i. cōmouet sic menstrua ꝛ lotium id est vrinā ꝛ medetur tussi ꝛ pdest orthnoicis. i. asmaticis ꝛ suspiriosis si bibatur sepe ipsa herba

qđ sclirosqˉre ispene fit scliro

subdita matrici:cogit.i.compellit matrem supp.
depellere.i.emittere abortiuum.i.fetum in vtero
suffocatum ⁊ auctores tradunt ipsam herbā edu
cere menstrua nimis tarda.i.vltra tempus a na=
tura destinatum tardātia. succus illius herbe cū
vino acri.i.cum aceto atqꝫ cū polenta.i.cum fari
na aqua diluta emūdat.i.expiat lepras inunctas
non tamen veras lepras que sunt vt plurimū im= Quid
medicabiles sed lentigenes quasdam cuti inherē mor=
tes vel albaras seu morpheā que ex errore virtu= phea
tis assimilatiue ꝓdeunt. Non eñ error ipsius vir ⁊ alba
tutis assimilatiue lepre genitiua est nisi etiā sit er= ras
ror in forma substantiali nutrimenti cum carne vt
quando generatur caro granulosa ⁊ corrupta ēt
queuis pustula.i.parua carnis eminentia vt bo=
thor curatur hoc succo iūcto cū polline quod or=
dea dant.i.cum farina ordeacea vt auctores; di=
cunt si superadderis hunc succū farine ordei im=
mixtum more. id est in modum emplastri dolori.i.
mēbro pustuloso succus illius herbe iungatus.i.
mixtus cum melle terendo.i.conterendo purgat
si attrahatur nare a naribus puluis huius herbe
per se.i.sola iniectus.i.impulsus naribus.i. intra
nares mouet sternutamentum nō segnius.i. non
tardius ⁊ debilius veratro albo helleborus alb9
qui ob impetuosam eius acrimoniam solo odora vñ sit
tu cerebri miringas mordicat atqꝫ vehemēter cō sternu
mouet vnde excitatur sternitamentum succus ei9 tatio
medicabitur mire.in mirum in modum ictericis
id est icteritia maculatis si icterici trahant.id est
attrahant hunc succum mixtum lacti muliebri.

De cerifolio herba .xxvij.



Est cerifolio vis acris et ignea valde:
Appositũ cãcris tritũ cũ melle medet:
Cũ vino bibitũ lateris sedare dolorem
Sepe solet tritã si nectis de super herbã.
Cũ mulsa bibitũ pituite noxia soluit
Ex oleo coctũ frigus depellit inunctum.
Si tritũ mixto violẽto soluis aceto
Lũbricos tali potu tineasq; repellis.
Cũ vino ciet vrinas et menstrua purgat
Virgine cũ cera vetus huic axungia mixta.

Non modo perotidas verũ quoscꝫ tumores
Curat vel reprimit si sepius hoc supaddas.
Intinctũ valido si mãducet aceto
Sepe solet vomitũ ventrẽqꝫ tenere solutũ.
Si trito ~~bibitur~~ pecten, succusqꝫ bibatur ° Teritur
Urinę clausos referat quoscũqꝫ meatus.
Illius elixatura vertigo fugatur,
Si caput ac tepida patiẽtis sepe lauetur,
Herbaqꝫ tẽporibus ꝛ fronti cocta ligetur.

¶ Cerifolium herba est vulgo nota quia vnacũ lactucis spinarchijs alijsqꝫ id genus herbis oleo oliuarum acetoqꝫ adhibitis nonnunqꝫ vescimur. vis acris id est acuta ꝛ vehemens ꝛ ignea. id est maxime actiuitatis vt ignis est cerifolio ipsum cerifolium tritum cum melle ꝛ appositum medetur. id est medicamentum affert cancris idest morbis illis perniciosissimis ipsuꝫ cerifolium bibitũ cum vino solet sepe sedare dolorem lateris (ex ventositate costarum pelliculas distendente prouenientem) si nectis id est apponis super latus herbam cõtritam cerifolium bibitum cum mulsa id est cũ mellicrato soluit noxia. id est nocumenta pituite. id est humoris fluentis a capite. (Cornelius celsus medicinę peritissim⁹ de pituita ita scribit. Distillat autem humor ex capite interdum in nares quod leue est interdum in fauces quod peius est interdum etiam in pulmonem quod pessimum est Si in nares distillat tenuis per has pituita ꝓfluit est ergo secundum ipsius cornelij sententiam humor tenuis e capite ad inferiora profluens cui a-

Vñ dolor lateris.

De pituita

stipulari videtur Marcilius ficinus inquiēs vbi caput propter pituitam destillationibus fluctuat huius nominis quantitas (quantum ad grāmaticos pertinet) a varijs auctoribus varia reperit. Persius enim satyra secūda syllabā primam huius dictionis pituita producit penultimāq breuiat vt videre est. Somnia pituita qui purgatissima mittunt. hic vero Macer primam corripit penultimam producēs. Quod a Badio ascensio lingue latine promptuario refertissimo in eius persiani carminis interpretatione diligenter annotatur: qui & hoc carmen quod nūc habemus in manibus adducit in medium. Sed ad auctorem redeamus. Cerifoliū coctum ex oleo. i. cum oleo oliuarum sup. inunctum. i. delinitum depellit frigus. Si soluis. i. dissoluis cerifolium tritū cum aceto violento. i. vehementis acredinis mixto. i. immixto repellis. i. educis lumbricos (de quibus nō nichil diximus) & tineas. i. vermiculos in corruptis et sordidis vulneribus aut recto intestino seu lōgatione vt plurimū scaturientes tali potu cerifolium c. et id est puocat vrinas & purgat mēstrua axungia vetus mixta id est addita huic cerifolio cum cera virgine idest alba curat non modo id ē non solum perotidas id est apostemata que in aurium emissaculis nascūtur verūetiam curat quosq tumores vel reprimit id est resoluit huiusmodi tumores si supaddas tumoribus sup. hoc vnguētum. Si cerifolium intinctum id est madefactum in aceto valido id est fortissimo manducetur sepe solet sedare sup. vomitum & tenere. id est seruare ventrem solutum id est obedientem si pecten id est inferior pubes tegitur id est operitur cerifolio tri

De huius nominis pituita quantitate.

to ꝛ si succus eius bibatur reserat .i. aperit quosqꝫ meatus vrine clausos id est opillatos (quiqui dam meatus pori vritides appellatur) vertigo .i. morbus prore capitis (cuius originem pauloante retexuimus) fugatur id est sanatur. elixatura illius cerifolij si caput patientis vertiginem lauet sepe hac elixatura cerifolij tepida id est calida ꝛ si herba cocta ligetur fronti ꝛ temporibus patiētis sup.

De atriplice herba. xxviij.




I Nfrigidare gradu primo humectare scdo.
Atriplicē dicūt: eius mollit cibus aluum;
Duritias soluit varias clauisq medetur,
Emplastrū crude vel cocte si superaddas
Hocq suppm̄ scrabos cito detrahit vngues
Ignibus et sacris dicunt sic posse mederi.
Atriplicē tritā cū nitro melle et aceto
Dicunt appositā calidā sedare podagrā.
Ycterico dicit Galenus tollere morbū
Illius semen cū vino sepius haustum.

dictum pytha. de attriplice

¶ Infrigidare gradu prio. Pythagoras a quo philosophi nomen primam traxit originem (cum ante id tempus qui circa rerum occultarum speculationem versabantur sapientes vocati fuerāt hanc herbam accusabat tanq facientem hydropicos et morbos regios (id est epylepsiam(qpt ex rea non nisi mutata sepius aqua coquendam existimabat. Sunt que ab hoc nomine a triplex ob eius magnitudinem deduci existiment. Alij ab astro quod homines atros efficiat. Sed audiamus poetam ipsius vires commemorantem. Medici dicunt atriplicem infrigidare in primo gradu et humectare in secundo cibus eius atriplicis mollit id est lubricat aluum id est ventrem soluit idest resoluit duricias. id est tumores maturationē nō admittentes varias id est diuersas et medetur clauis id est calosis pedum eminētijs si super addas emplastrum atriplicis crude vel cocte detrahit.i. amouet vngues scabros id est leprosos et medici

dicunt atriplicem posse mederi ignibus sacris.s. persicis sic emplastratam ⁊ dicunt atriplicem tritam cum nitro id est sale gemma melle ⁊ aceto appositam in modum cathaplasmatis sedare id est mitigare podagram calidam id est a materia calida proficiscentem. galenus di. semen illius atriplicis haustum cum vino tollere idest sanare morbum ycterico̅n quem yctericiam diximus de qua prius aliquid diximns.

De coriandro herba. xxix.



Frigida vis herbę coriādri dicitur esse
Austereq́ simul quiddā virtutis habere
Hāc Gallenus ait per quē depellere ventre
Lūbricos tineasq́ solet si trita bibatur.
Cū vino vel si mixto iungatur aceto.
Unaq́ cū passa coriandrū melq́ iugatum
Sedabit varios supaddita trita tumores.
Precipue testes tumidos iuuat hoc medicamen
Illius semen ventrē stipare solutū
Fertur aqua iunctū fuerit si sepius haustū.
Argēti spumā ceruse cōtere mixtā:
His tritis succū coriādri iūge ⁊ acetū:
Quattuor his roseū miscēdo iugabis oliuum
Ista terēdo simul pciosum cōficis vnguē.
Quo sacros ignes pellas. calidosq́ tumores.

¶ Frigida vis ⁊c. De coriandri complexione varia est apud medicine auctores sententia. Galen9 enim coriandrū calidum asseruit sic inquiens cū resoluit scrophulas quomodo ergo est frigidum Nam resolutio caliditatis est operatio Dyascorides vero viz infrigiditatiuā habere asseuerat qm̄ inquit multitudo succi eius est interficiens cum infrigidatione. Auicenna vero tanq̄ arbiter seu amicabilis cōpositor interueniens hos efficit concordes Uirtus eius inquit est composita. Uolēs postmodū amborū rationibus satisfacere subiungit. Et possibile quidē est vt dicat resoluere scrophulas propter ipsius proprietatem ⁊ qm̄ in ipso

De cō plexiōe corian dri varietas.

est substātia subtilis ꝓfundens penetrans ꝛ ꝓ-
fundatur ꝛ nō ꝓfundatur substantia frigida sed
quādo bibitur resoluit calidum velociter ꝛ rema
net agens frigidum. Sed auctorē aggrediamur:
vis.i.cōplexio herbe coriandri dicit esse frigida.
Gale. ait scimus.i. cognoscimus hanc habere qd
dam.i.aliquid virtutis austere.i.amare per quam
amaritudinē sup. si hec herba bibat trita solet de
pellere lumbricos.id est lōgos vermes ꝛ rotun-
dos ꝛ tineas id est vermiculos in vltimo intestino
(quod lōgaon dicit) pullulātes. (Unde multum
amara vermes illos interficiūt vt aloes absinthiū
etia cuta vaporosa vt alia mentastrū. ꝛ quedam a que lū-
proprietate specifica vt aqua portulace ysopus) bricos
si coriādrum iugatum.i.mixtū sumat cū vino vel interfi-
cum aceto mixto cū vna passa (sic dicta ꝙ siccan- ciunt
do passa est solem) hec superaddita trita.i. simul
terendo commixta: sedabūt tumores varios idest
multiplices hoc medicamē iuuat.i.curat p̄cipue
id est pre ceteris tumoribus: testes id est membra
genitalia semen illius fertur id est dicitur stipare.
id est constipare ventrem solutum.id est fluxu dis-
solutum ipsum si iunctum. id est cum aqua fuerit
haustum sepius continere spumam argenti mix-
tam ceruse iunge id est coniunge his scilicet spūe
argenti ꝛ ceruse succum coriandri ꝛ longe his a
cetum.i.vinū acetosum iugabis his quattuor a-
cetum roseum (quod ex aceto ꝛ rosis immaturis
conficitur (miscendo.i.cōmiscendo cōficis .i.cōfi
cere potes vnguen.i.vnguentū p̄ciosum terendo
id est cōterendo ista simul. Quo vnguēto pellas
.i.depellas ignea sacros.i.p̄sicos ꝛ tumores cali
dos.i.a causa calida originē ducētes. Scoria ar

Quid storia argēti auri et plūbi

genti argeritis vocatur sicut auri chrisitis plumbi molibditis. Spuma ex feruescente materia tollitur. Scoria vero metallorum dicitur quicquid subsidet et est quasi fex eorum et purgamētum. Cerusa fit ex plumbo et vtriusqꝫ videlicet spume argenti et ceruse potus letalis est.

Si tibi difficilis confectio tanta videtur
Succus cū solo ꝓdest cōmixtus aceto.
Aut si frumēti panis mūdissima mica
Iungitur huic succo sedat quēcūqꝫ calorē
Huic succo si iuncta fabe sit sola farina
Et superaddatur scrophis medicabitur illis
Et cedet feruens emplastro pustula tali.
A multis scriptum legitur: febris ante tremorem
Si trita grana voret coriandri seminis eger
Euadet febrē cui lux dat tertia nomen
Prestat idē lectū coriandrū mane priusqꝫ
Sol surgat cernicali si subditur egri.
Xenocrates scripsit totidem cessare diebus
Mēstrua quot mulieri coriādri grana vorabit
Assiduū quiddā cōdēnant illius vsum
Nēpe putāt mortē quēuis ve parare dolorem

¶ Si tibi difficilis. Si tanta cōfectio id est ex tot simplicibus medicamentis concinata videtur tibi difficilis succus coriandri commixtus cum solo aceto ꝓdest prefatis doloribus aut si mica mūdissima panis frumenti iungitur huic succo sedat

id est pacificat queq; id est omnem calorem extra
neum sup. & molestantem si farina fabe iungatur.
id est sit iuncta sola huic succo & supaddatur scro
phis. id est scrophulis medicabitur id est auxilia-
bitur illis & pustula feruens id est tuberculum ex
inflammatione quadã in summitate cutis nascẽs
rubicundum cedet id est dabit locum tali empla-
stro quemadmodum minores suis maioribus ce-
dunt legitur scriptum a multis medicine auctori-
bus si eger id est febriens voret id est transglutiat
tria grana seis coriandri ante tremorem. id est ri
gorem febris euadet febrẽ id est liberabitur a fe-
bre cui lux tertia dat nomen id est a febre tertiana
coriandrum lectum id est collectum mane priusq̃
sol surgat id est ortum suum nobis propalet pre-
stat id ẽ dat idem medicamentum si subditur idest
submittitur ceruicali id est puluino (qui dormien-
do ceruici subest egri xenocrates scripsit mẽstrua
cessare id est retinerit tot diebus quot grana co-
riandri mulier vorabit id est sorbebit (Xenochra-
tes fuit philosophus admirande sapientie (qui vt
scribit Ualerius) cum maledico quorũdam ser-
moni summo silentio interesset vno ex his queren
te cur solus linguam suam cohiberet respõdit q2
dixisse me aliquando penituit tacuisse nunq̃ qui-
dam assidij condemnant id est vituperant vsum il
lius Nempe hi assidij putant id est existimant co-
riandrum parare. id est inferre mortem ve. id est
vel q̃uis aliquem alium dolorem. Assidij medici
fuerunt antiquissimi in quos Hyppocrates & eius
interpres Galenus in primo pronosticorum vesti
bulo acerrime inuehuntur.

De nasturtio herba. xxx.



Dicunt feruentes ꝙ hn̄t nasturtia vires
Et siccas hac revenerē cū ruta cohercet
Siccando semen fuerit si sumpta frequenter.
Fermēto cōmixta recens hec herba terendo
Antracas curat. bona que plebs vlcera dicit
Si superaddatur curaqꝫ furunculus ista
Emittit saniē cū qua dolor ille recedit.
Illius ⁊ succus crines retinere fluentes
Illitus asseritur dentisqꝫ leuare dolorē.
De qua parte dolēs est dēs infusus in aurē.

Fortius est herba semen depellit abortum.
Haustū cū vino ventrisq₃ animalia pellit.
Et sic serpētis dicūt obstare venenis.
Solus odor positis carbonibus effugat illas
Splen reprimit: mixto si sepe bibatur aceto.
Herbā vel semen cū polline iunge ⁊ aceto
Hec cōtrita simul sciasis superadde dolori:
Unde nō modicū cōfirmāt hoc medicamē.

¶ Nasturtiū (inqt Plinius) a narīū tormēto nomē accepit q̄ videlicet sternutamentū cōcitet hic factum est puerbiū ad excitādū torporē accōmodatū (ede nasturciū) qđ perinde est ac si diceremꝰ expergiscere edamus igit̄ nūc nasturtiū ab auctore nostro liberaliter exhibitū.i.igenij torporē excutiamus illius verba diligēter annotantes medici dicūt q̄ nasturtia habēt vires feruētes.i.multum calidas ⁊ siccas hac re.i.eā ob rē cohercēt venerem cū ruta siccando.i.desiccando ⁊ resoluendo semē.i.materiā spermaticam si fuerint sumpta frequenter hec herba recēs cōmixta fermēto (sic dicto q̄ feruendo crescat) terēdo .i.cōterēdo curat antracas (ab antro dictas q̄ pnicie sui humoris carnē effodiūt antrū facientes) q̄ antraces bona plebs.i.vulgus dicit.i.noiat vlcera si superaddatur furunculus apantis genus cum inflāmatione et dolore maximo significat ⁊ mustelle genus quo in cauernis cuniculi capiūtur dictus vterq₃ a furando q₃ hic cuniculos ille humores bonos suffuratur furunculus igitur emittit saniē id est pus ista cura cum qua sanie emissa ille dolor recedit ⁊ succus illius herbe illitus . id est delinitus asse-

qđ antrax

qđ furūculꝰ

ritur.i.df retiere crines fluētes.i. cadētes idē suc cus infusus in aurē de qua pte dēs est dolēs asse ritur leuare.i.alleuiare dolorē dētis (si sup. a causa frigida depēdeat) semē est forti⁹ herba ⁊ ipsum semē haustū cū vino pellit.i.depellit abortiuūq;.i. et pellit.i.educit aialia vētris.i.lūbricos ⁊ medici dicūt nasturciū obstare.i.medicamētū eē venenis serpētis.odor solus nasturcij effugat.i.elimiat illos serpētes hoc dico carbonib⁹.i.prunis posit; id est suppositis nasturcio repmit.i.reducit ad tēperiē splen.i.splenis tumorē ⁊ duriciē si bibat sepe cū aceto mixto.iūge herbā vel semē cū polline .i.faria ⁊ aceto supadde hec cōtrita simul dolori sciasis.i.sciatico cognoscas hoc medicamen nō modicum vtile.

Lichenas succus purgat cū melle perunctus.
Si prurigo caput aut vlcera turpia fedant:
Anseris ad miscēs adipi nasturcia trita
Sepius vngue caput victū pellet vtrūq;
Si coquis hāc herbā capre cū lacte recēti
Illius aut semen dolor angat pectora quisquis
Assumpto tepido potu sedabit isto.
Semē cū tepida cōtritū pōdere dragme
Et bibitū (dicūt) q durā molliat aluū.
Tussim cōpescit semē cū melle voratū.

¶ Lychenas succus.⁊c. Succ⁹ nasturcij pūct⁹ cū melle purgat.i.curat lychenas morbū de quo pauloan̄ scripsim⁹ si prurigo.i.scabies aut vlcera turpia.i.obscena fedāt.i.defedāt caput tu admiscēs nasturcia semia nasturcij trita adipi.i.axungie āseris.i.anatis;(q̄ vt serapiōe auctore melior

est oi̅bus adipibus) vnge caput sepius vtrūq vi
ciū.s.prurigo ⁊ vlcera capitis pellet.i. purgabūt
si coquis.i.elixas hāc herbā cū lacte capre recēti
aut semē illius quisqs .i.qcūq dolor angat.i. af=
fligat pectora.sedabit isto potu assumpto tepido
Auctores dicūt q semē nasturcij cōtritū.i. in pul
uerē minutissimū redactū(quē alchoholvel suffuf
medici dicūt)in pōdere vnius dragme cū tepida
aqua ⁊ bibitū mollia.i.lubricā facit aluū nastur=
cium voratū.i.assumptū cū melle compescit.i. se=
dat subito tussim.

De eruca herba.xxxi.



Erucā calidā dicūt mediocriter esse
Siccā nō adeo cibus ei⁹ digerit escas
Et valet vrinas hec mansa vel hausta
mouere.
Manditur vtiliter multū tussimq; repellit.
Emēdare cutē maculis cū melle iugatā
Dicūt ⁊ mūdos lentigine reddere vultus.
Elixata prius radix valideq; subacta
Ossibus ⁊ fractis sup addita detrahit illa.
Cū vino tritū si semē sumitur eius
Quosuis pestiferos ictus curare refertur
Hoc nigras maculas purgat cū felle bouino.
Illitā mira loquar cū vino largius hausta
Indurare ferunt hac cōtra verbera sensum.
Si cōdimētis coquus hanc admisceat herbā
Aut semē gratū dicūt p̄stare saporem.
Euchinūq; solēt hac causa dicere greci
Erucā succus q̄ gustu sit bonus eius
Nō modice māsam venerē stimulare vel haustam
Cōfirmāt medici pariter pluresq; poete
Et cū lactucis hec herba comesta salubris
Nāq; calor dat tēperiē cū frigore mixtus

¶ Erucā. ⁊c. Oim philosophātiū dogma est vulgarissimū opposita maxia inuicē vicinitate locata illustrius dilucescere. Hic motus Macervt arbitror nasturcio erucā nullo iterstite subiūxit nēpe illa cohibet venerē hec vero maxie puocat. vñ

Ouidius. Nec minus erucas aptū est vitare sala
ces. qđ ⁊ macer nō p̄termisit silētio medici dicūt
erucā esse calidā mediocriter. i. cū temperamento
et dicūt illā nō adeo. i. tm̄ siccā cibus eius herbe
digerit escas. cū em̄ digestio vt ait Petrus appo
nensis sit quedā adequatio virtuti nutritiue indi- qđ di
gebit calore tēperato. tēperati em̄ caloris ē equa gestio
liter agere in oēm partē decoquibilis rei tēpera-
te Gale. tñ eā cal. ⁊ hu. in secundo gradu asserit.
Et hec eruca māsa vel hausta valet. i. potest mo-
uere. i. educere vrinas: ipsa mādit. i. manducatur
vtiliter a pueris ⁊ repellit tussim medici dicunt. i.
asserunt hanc erucā iugatā. i. iunctā cum melle e
mundare. i. mundā reddere cutē maculis . i. pan-
nis ⁊ reddere vultus id est faciem mundos. i. mū
datam lentiginibus id est furfuribus. Radix eru
ce elixata id est decocta prius ⁊ subacta id est tri
ta valde id est potenter ⁊ supaddita ossibus fra-
ctis. i. confractis detrahit illa id est fragmenta il-
lorum ossium si semen eius sumitur tritū cum vino
refertur id est dicit̄ curare ictus id est punctiones
seu morsus pestiferos. i. venenatos hec herba il-
lita purgat nigras maculas acute sup. cum felle
bouino. i. bouis loquar. i. eloquar mira. i. miratu
digna medici dicunt hec semina hausta vino. i. cū Cur e-
vino largius id est coppiosius indurare. i. durio- ruca
rem reddere sensum. i. virtutem sensitiuā. Nam id stupo
miraculo persimile videtur cum eruca calida cen rē idu-
seatur caliditatis autem sit aperire ⁊ rei dolorem cat
inferenti ad membra sensibilia aditum prebere.
quare id potius a qualitate occulta quam ma-
nifesta fieri coniectandum est. Si coquus. id est
culinarius seu coquinarius admisceat hanc

herbā cōdimētis q̄ vulgo salsamēta dicūtur: aut semē dicūt illa sup.pstare saporē gratū epulātib⁹ et greci solēt hac causa dicere.i.noiare erucā eus chimū φ.i.quia succus eius sit bonus.i. placens gustu.i.dū gustat medici ꝛ poete plures parit .i. pariformiter cōfirmāt hāc herbā māsam.i. comestam vel haustā stimulare.i.ꝓuocare venerē nō modice imo vehemēter hec herba comesta cū lactucis est salubris.i.sanitati cōducibilis nēpe calor eruce supple mixtū cū frigore lactuce dat temperiem que est optime valitudinis custos.

¶ De papauere herba.xxxij.



D Icunt vim gelidam siccamqꝫ papaueris esse.
Tres illi tribuūt spēs, flos vni⁹ alb⁹,
Alterius roseus, rubeus pallensqꝫ minoris
Flos est. hanc vulgo dicunt agreste papauer.
Cunctis nobilioꝛ est cui flos nascitur albus
Ex huius teneris opiū faciunt capitellis
Incisa leuiter summa cute lacqꝫ quod inde
Defluit accipiunt cocleis siccūqꝫ reseruant
Antidotis multis aptū varijsqꝫ medelis.
Sunt qui contundunt cū lacte suo capitella
De quibus expressum siccant in sole liquoꝛem
Post primū succus vires habet inde secundas
De specie vero roseos quā gignere floꝛes
Dixi conficiunt oleum de semine tunso
Non modicū gustu iocundū somniferūqꝫ:
Tertia cui flos est rubeus semēqꝫ nigellum
Pꝛestat (si bibitur) reliquarū moꝛe sapoꝛem.

¶ Dicunt vim ꝛc. Ouidius naso post maronem in scribendis poematibus omnibus latinis laureā pꝛeripiens in sua methamoꝛphosi sub figmēto iucundissimo somniferam papaueris naturam ingeniosissime nobis insinuat Nam in huiusmodi operis li. xi. dei somni edes describens in hec verba pꝛorumpit Ante foꝛes antri fecunda papauera floꝛent. Quis tam mentis inops hesitet nasonem papauer sopoꝛis inductiuum innuere. Sed omissis figmentis apertam auctoꝛis nostri de pa

pauere sententiam perspiciamus Auctores dicũt
vi gelidam idest frigidam esse papaueris tribuũt
id est dant illi tres species flos vnius speciei est al
bus flos alterius speciei est roseus, id est purpu=
reus flos minoris est rubeus et palens homines
dicunt hanc speciem papauer agreste vulgo id ē
vulgariter illa species est nobilior idest melior cui
flos albus nascitur pharmacopole supple vnguē
tarij seu aromatarii faciunt id est conficiunt opiũ
ex capitellis id est ex nouellis capitibꝰ huius spe=
ciei: hoc dico cute summa id est summitate super=
ficiei capitis insisa leuiter. i. nõ profũde ⁊ accipi=
ũt lac cocleis. i. testis seu testudinibus et reseruãt
tpm opium succũ aptũ multis antidotis. i. medica
minibus ⁊ varis medelis. (Ipso tamē opio quod

periculosus narco/ticorum vsus

plus ceteris medicamibus narcoticum est. i. stupe=
factiuum vti non licet nisi cũ oĩa iam non contule
runt et res est posita sicut in desperatiõe. Sũt em̃
(vt inquit mesue) narcotica cõtraria rei vite con=
gellãtia/stupe facientia ⁊ mortificantia) Nõnulli
sunt qui cõscindunt id est incidũt capitella cũ suo
acte de quibꝰ capitellis siccant liquorem expres=
sum in sole. succus papaueris habet vires secun=
das. i. sequentes post opium vero. i. sed de specie
quam dixi gignere. i. pducere flores roseos cõfi
ciunt oleum de semine eius tunso. i. contrito iocũ
dũ. i. suaue gustu ⁊ somniferum tercia cui flos est
rubeus ⁊ nigella ē semen eius prestat saporē gu=
stui supple more reliquarum specierum.

Elixatura tepida cuiuslibet harum
Eger si foueat faciem vel si bibat illam.

Optatum capiet(nisi sit mors proxima)somnū
Sperma nigri bibitū cum vino stringere ventrē
Dicitur hocq3 modo fluxus ihibet muliebres
Somnum dat bibitum tussim conpescit iniquam
Pondere denarij debent hec semina sumi
Nam plus letargum vel mortem sepius infert
De folijs eius tritis factuz cathaplasma
Eximie fauces dicunt curare tumentes
Quos vocant sacros/extinguere dicitur ignes
Frigore/vel cantu/potu ve/cibo ve/vel estu
Aspera si fuerit vocalis reddita vena
Apposito tali fiet medicamine lenis
Candida meconij species sic nampe vocarij
Grecorum lingua dicunt quodcūq3 papauer
Longe nobilior est vtiliorq3 duabus
Tunccū lacte fluunt capitella papaueris huius
Lecta coquātur aqua cui sit pars tertia mellis
Addita cuncta coquas donec decoctio spissa
Sit quasi mel varios sic conseruetur ad vsus
Sumpta facit somnū tussin fugat abstinet aluum
Vocalis vene bene reumatismata siccat
Eius de teneris opium factum capitellis
Sicut iam docui roseo miscebis oliuo
Unge caput mixtis:sedabitur his dolor omnis
Et solet hoc vnguem somni prestare quietē

Predictis misce croci redolentia fila:
Auris curabis hec infundendo dolorem.
Hoc quoqꝫ femineo cũ lacte crocoqꝫ subacto
Ungendo colidã poteris sedare podagram.
Ano suppositum solet hoc adducere somnũ.
Istud idem solo prestare putatur odore.

¶ Elixatura tepida. ꝛc. Si eger foueat faciẽ elixatura. i. aqua tepida. i. paruꝫ calida cuiuslibet. i. alicuius harum specierum papaueris vel si bibat illam elixaturaꝫ capiet somnũ optatum nisi mors sit ei proxima. Sperma. i. semen papaueris nigri bibitum cũ vino dicitur. i. asseritur stringere id est constringere ventrem fluidum sup. ꝛ inhibet hoc modo fluxus muliebris. i. menstrua dat. i. inducit somnum bibitum. i. dum bibitur ꝛ vtrumqꝫ compescit. i. sedat tussim hec semina debent sumi in põdere denarij Nam plus. i. pondus maius denario infert letargum (de quo pauca delibauimus (vel mortem erat olim denarius nũmus argẽteus põderis viginti quattuor siliquarũ qui ponderis modus abijt in dissuetudinem) De opio d. Gal. ꝛ qñ sumitur quantitas parua ipsius opij sicut est granum opij facit dormire auctores dicũt cathaplasma factum de folijs eius tritis id est contritis curare eximie fauces tumentes. i. inflatas et dicunt ipsum cathaplasma extinguere ignes sacros id ẽ persicos: si vena. i. arteria vocalis scilicꝫ cãne pulmonis fuit reddita aspera. i. propter frigus exprimens humiditates ipsius cãne constringẽdo vel cantu nimis violento sup. resoluente ipsas humiditates ob nimium motum calefactiuum: vel po=

tu etiam immoderato ac vaporoſo vel cibo intem
perato vel eſtu nimio fiet lenis id eſt leniter fluēs
tali medicamine appoſito. Nam vt inquit haly. le
nitas vocis ſit propter humiditatis multitudines
ſparſe in membro et quando minuitur exiccatur vii vo-
membrum ⁊ generatur in eo aſperitas ſpecies cā cis rau
dida ideſt proferens florem candidum meconij.i. cedo.
papaueris nempe id eſt quia auctores dicunt q̄d-
cunq; papauer vocari ſic id eſt meconium lingua
grecorum:illa ſpecies eſt longe id eſt multo nobi-
lior ⁊ vtilior alijs duabus ſpeciebus. Cum capi-
tella ideſt parua capita huius papaueris albi flu
unt id eſt diffluunt cum lacte coquantur cū aqua
lecta id eſt munda cui tertia pars mellis ſit. id eſt
miſceatur coquis id eſt decoquis cuncta addita.
id eſt ſimul iuncta donec ipſa decoctio ſpiſſa ſit ſi-
cut mel cōſeruetur ſic ad vſus varios id eſt diuer
ſos Sumpta facit ſomnuȝ. Hec decoctio ſumpta
facit inducit ſumnum fugat id eſt ſedat tuſſim ab-
ſtinet id eſt retinet aluum fluentem ſiccat bene reu
matiſmata id eſt reumatiſmos aſperitates ⁊ rau-
cedines vene id eſt arterie vocalis ſcilȝ cāne pul-
monis miſcebis oliuo id eſt oleo roſeo id eſt roſa
rum opium factuȝ de capitellis teneris eius ſicut
docui iam id eſt ſuperius vnge caput tuū his mix
tis ſimul omnis dolor ſedabitur (que tamen quie
tatio doloris non vera ſed mendoſa eſt)et hoc vn
guen id eſt vnguentum ſolet preſtare quietem id ē
ſomnum miſce p̄dictis ſila id eſt particulas ī mo-
rem filorum tenuiſſimas redolentia id eſt ſuauiter
olentia croci(qui vt īquit meſue)maturat ⁊ ſedat
virtutem narcotici curabis dolorem auris infun-
dendo hec in aurem:⁊ poteris ſedare podagram

calidam.i. ꝫ calida cā venientem hoc vnguento antedicto cū lacte femineo et croco subacto.i.im mixto vnguendo partem dolenten hoc vnguentū suppositum ano.i.podici solꝫ adducē.i.iducere sō num istud idem vnguentuꝫ putatur.i.creditur pre stare i efficere hoc solo odore i odoratu ipsius vn guenti

De cepis herba xxxiiij



De cepis

Ne cepis medici nō cōsentire videtur:
Nāq3 diascorides inflare caputq3 gra
uare
Atq3 sitim cepas dicit succenderre mensas
Fellitis non esse bonas inquit galienus
Flegmaticis vero multum putat esse salubres
Non modicum sanas asclepius asserit illas
Presertim stomacho pulchrumq3 creare colorem
Affirmat quotiens aliquis conspexerit illas
Et dicit quisquis ieiunia/ soluerit illis
Unaquaq3 die q vivet hic absq3 dolore
Affirmant omnes mansas inferre saporem.
Et dicunt illas molire salubriter aluum.
Appositas perhibent morsus curare caninos
Si trite cum melle prius fuerit vel aceto
Apponūt alii cū vino melleq3 coctas
Transactisq3 tribus soluūt cathaplasma diebus.
Sal/rutā/cepasq3 diascorides iubet anguis
Morsibus apponi sic asserit ille iuuari.
Femineo lacti cōmixtus succus earum
Pellit sepe graues infusus ab aure dolores
Hic succus commixtus aque bibitusq3 iuuabit
Illos quos subitus facit obmutescere morbus
Naribus attractus harū tantūmodo succus
Humores nocuos capitis deponere cogit
Manse vel pote tardantia mēstrua purgant
Triturasq3 pedum (solee quas vel caligarum

Duritie faciunt: succo sanabis eodem
Cū gallinarū pingui si sepe perungas.
Mane sibi dētes si succo perfricat isto
Dicūt hūc dētis nūq̄ sentire dolorē.
Ulcera cōpescunt oris cū pane comeste.
Intingens oleo coctas q̄ sumpserit illas
Sedat quos intus dat dissinteria morsus
Cōtritis cepis loca denudata capillis
Sepe fricans capitis poteris reparare dolorem
Oris fetori ꝓsunt fastidia tollunt
Hasq̄ iubet emorroidis supaddere tritas
Illarū succus caligine lumina purgat
Admixtus melli maculas quoq̄ iunctus aceto
Emendare solet si sint hoc sepe fricate.

¶ Cepe herba est cuius bulbus idest radix est tā in frequenti omnium vsu imo esu vt nulla frequē-tior eē videatur quo circa ipsius vires audire nō sit molestum. Medici non videntur consentire .i. concordes esse de cepis. Nāq̄ dyascorides dicit cepas inflare atq̄ grauare caput Atq̄ dicit cepas mansas id est comestas succendere. id est inflam-mare precordia galienus (oratores galenū dicūt inquit cepas non esse bonas colicis. Nam coleri-ci caliditate sunt distemperati: itidem ⁊ cepe verū vt inquit idem Gal. Et leduntur quidem a simili-bus causis sue crati facile vero id est sed putat ip-sas cepas esse salubres .id est sanitati conducen-tes phlegmaticis (qui frigidi sunt ⁊ humidi iuuā-

Cur cepe colericis nō competant

tur igitur a contrariis vt idem inquit. Asclepius medicus ille asserit illas non modicum sanas id ẽ salubres (Nam sanus dicitur qui suscipit salubris vero qui sanitatem confert nonnunq̃ tamen confunduntur presertim id est precipue stomacho et idem auctor affirmat cepas creare id est efficere colorem pulchrum quotiens aliquis conspexerit illas cepas ⁊ dicit hic asclepius quisquis soluerit id est fregerit ieiunia illis .i. ex illis cepis vnaquaq; die q hic viuet absq; dolore omnes auctores affirmant cepas mansas. id est comestas inferre id est dare saporem ⁊ dicunt illas mollire salubriter id est conuenienter aluum. Auctores perhibent cepas appositas curare morsus caninos Si fuerint prius trite cum melle vel cum aceto. alii apponũt cepas coctas cum vino ⁊ melle ⁊ soluunt cathaplasma trãsactis tribus diebus Dyascorides iubet sal rutam ⁊ cepas apponi morsibꝰ anguis ille asserit sic iuuari id est curari dictũ vulnus succus earum ceparum commixtus aque et bibitus iuuabit illos quos morbus subitus id est repentinus facit obmutescere scilicet prefocationi matricis (vt inquit Auicenna) vel squinãtie vt sentit serapio. Nam vterq; morbus subitus est et repentinus de prefocatione aliq̃d disseruimus squinantia est apostema gutturis seu lacertorum interiorum ipsius subito prefocans propter ablationem anhelitus cuius tres sunt species vt Gale. in commentatione illius canonis squinantia pessima tercii pronosticorum ⁊ duorum sequentium diligenter annotat. Succus harum ceparum attractus tantũmodo a naribus cogit id est cõpellit deponere humores nocuos id est nocentes ca

Quid squinãtia

pitis. Cepe mance .i. comeste purgant menstrua tardātia vltra naturalem modum supple sanabis trituras .i. contusiones callosas pedum quas duricies solee .i. calciamenti (sit dicta ꝙ sola pedibꝰ subijciatur) vel caligarum faciunt si perūgas dictas trituras eodem suco cum pingui idem axungia gallinarum siquis perfricat .i. friquando deliniat mane dentes isto succo ceparū auctores dicūt hūc nunꝙ sentire dolorē dentis. cepe comeste cum pane compescunt vlcera .i. pustulas et excoriationes oris. ille qui intingēs cepas in oleo sūpserit illas coctas sedas morsus. id est mordicationes intestinorum quos dissintheria .i. fluxus ventris sanguineus dat .i. infligit (Nam vt inquit Gale. plurima dissentheria ex colera est rubea cū horum humorum acumia excorient intestina nimio suo acumine) tu fricans sepe .i. frequenter cepis contritis loca denudata capillis .i. crinibus poteris reparare .i. restituere capillos vulsos .i. euulsos: cepe prosunt fetori oris (qui fit aut a materia
Qu fe sordida delitescente in nasi collatorio: aut a gin-
to orꝫ ginis malo sanguie pleis: vapores fedos emittēte. vel a corruptione ipsarum ginginarum vel ab humoribus corruptis in membris spiritalibus vel in stomacho) Cepe tollunt fastidia .i. nauseatiuaꝫ satietatem. auctores iubent cepas tritas superaddere emorroidis. succus illarum admixtus melli purgat lumina .i. oculos caligine .i. nubeculis visū impedientibꝰ: quoqꝫ .i. etiā succꝰ ceparum iūctꝰ .i. coiūctꝰ aceto solet emūdare maculas id est morpheā si macule sint fricate sepe hoc succo.

De buglossa seu lingua bouis. xxxiiii.



Lingua bouis greco sermone buglosa vocat
Hec colerā rubeā nimio feruore perustā
Purgat. cū vino fuerit si sumpta frequenter
Cardiacam colere quam fecit copia nigre
Cum simili potata modo curare valebit.
Humores nocuos pulmonis detrahit hausta
Mixtus aque tepide si succus sumitur eius
Illi (qui patitur ciasim) mire medicatur.
Cum memorem cerebri dicunt seruare periti

Uinū potatū quo sit macerata buglossa
Letos conuiuas decoctio dicitur eius
Reddere: si fuerit inter conuiuia sparsa.

¶ Hec herba a grecis euphrasmū idest herba letificans nuncupatur greci enim euphrai letari dicunt nam colere nigre q̄ (vt inquit Mar. fic.) ipsa morte deterior est capitalis est inimica Cupiētes igitur dies agere letos huius vires leto percipiamus animo lingua bouis vocatur buglossa sermone greco hec herba purgat id est exturbat coleram rubeam perustam id est adustam nimio feruore si frequenter fuerint sumpta cum vino nā vt inquit princeps Auecen. colere nigre id est melancolie alia est naturalis alia non naturalis. Naturalis est fex seu hyppostasis aliorum humorum. Non naturalis vero fit ex incineratione ꝛ adustione aliorum humorum cum videlꝫ ipsoꝝ subtile exuritur ꝛ quod grossum est terrestre ꝛ fertulentū incineratum remanet dicit igitur macer buglossam depellere melancoliam que fit ex adustiōe colere rubee q̄ ꝑfecto melancolia (vt auctor est Aui. est fortioris malicie) Buglossa potata mō simili valebit curare cardiacam id est morbum cardiacum seu tremorez cordis quam coppia colere nigre .i. melancolie fecit id est producit. Cardiaca corde deriuantur que est cordis tremor ꝛ palpitatio ex malis humoribus in eius capsula et venulis via deriuationis: aut congestionis inherentibus ac tremulosum motum inducentibus procedens buglossa hausta detrahit humores nocuos pulmonis si succus eius mixtus aque tepide sumitur .i. assumitur medicatur mire idest egregie illi qui pa

Quot triplex melācolia.

q̄d cardiaca passio.

titur sciasim idest morbum sciaticum periti dicunt buglossam seruare vim memorem cerebri idest memoriam vinum potatum in quo buglossa sit macerata id est contrita dicitur reddere conuiuas id est epulantes letos. etiam decoctio eius dicitur reddere cōuiuas letos si fuerit sparsa id est consparsa inter conuiuia.

De sinapi herba. xxxv.



Inter eas (quas pithagoras laudaue-
rat herbas,
Asseritur primam laudē tribuisse sinapi
Quartus ei gradus est in vi sicca/calidaq
Extrahit humores viscosos extenuatq.
Comburitq cutem vis est huic tanta caloris
Maior vis eius in semine dicitur esse.
Sensus exacuit cibus eius commouet aluum
Confringit lapides. vrinā & menstrua purgat
Si tritum iungas tepide versasq palato
Ad solem capitis purgabit flegma nociuum
Sternutamentis hoc admiscere salubre est
Illo nā capitis strictura resoluitur omnis.
Mansum confortat stomachum suspiria sedat.
Morsus serpentum (si trito mergis aceto)
Atq superponas tali medicamine curas.
Māsum pestiferos vetat intima ledere fūgos
Ut nimiū feruente cutem comburere dixi
Sed tamen hec multis est vtilis vstio causis
Hac oculis nocuus capitis siccabitur humor
Et qui distillans pulmonum concaua ledit.
Et stomachi morbosq creat tussimq ptissimq
Hac per vesiccas coxe dolor inueteratus.
Elicitur sciasim quod greco nomine dicunt.
Hacq tumor splenis durus/iecorisq fugatur
Et multū causis hic subuenit inueteratis.

Si quispiā forte causam efflagitet cur Pitha goras sinapim ceteris pretulerit herbis Valeriū audiat maximum huic questioni abun de satisfacientem. Pythagore tanta veneratio ab auditoribus tributa est vt que ab eo acceperant in disputationem deducere nephas existimarent quinetiā interpellati ad reddendam causam hoc solum respondebant. ipsuz dixisse. Nos igitur dogmati pythagorico credulas aures adhibeamus. Pythagoras asseritur tribuisse primā laudem synapi inter alias herbas quas ipse pythagoras laudauerat quartus gradus est ei invisicca et calida extrahit humores viscosos idest glutinosos et eos extenuat. idest incidit ratione vehementie sue caliditatis et comburit cutem idest imprimit in ea vesiccā tanta vis idest violentia caloris est idest inest sinapi vis idest virtus eius dicitur esse maior. i. vehementior in semine eius. cibus illius seminis exacuit sensus humores obtundentes et ebetantes consumendo et commouet. i. laxat aluum confringit id est dilaniat lapides vesice et renū et purgat mēstrua Si iungas hoc semen tritum aque tepide et versas. idest frequenter voluis palato idest intra fauces ad solem idest estu vigēte purgabis phlegma nociuum capitis salubre idest sanitati perutile est admiscere hoc semen sternutamētis. i. puluer ibus sternutationem prouocātibus sicut piperis elebori condisi nigelle staphisagrie euforbii et ceteris id genus Nā oīs strictura. i. opilatio capitis. idest meatuum cerebri resoluitur. idest aperitur illo semine contrito et naribus admoto. Hoc semen mansum idest comestum confortat stomachū sedat suspiria idest singultus si mergis. i. misces se

Magnapi: auctoritas

Inter eas (quas pithagoras laudaverat herbas.
Asseritur primam laudē tribuisse sinapi
Quartus ei gradus est invi sicca/calidaqꝫ
Extrahit humores viscosos extenuatqꝫ.
Comburitqꝫ cutem vis est huic tanta caloris
Maior vis eius in semine dicitur esse.
Sensus exacuit cibus eius commouet aluum
Confringit lapides. vrinā ꝛ menstrua purgat
Si tritum iungas tepide versasqꝫ palato
Ad solem capitis purgabit flegma nociuum
Sternutamentis hoc admiscere salubre est
Illo nā capitis strictura resoluitur omnis.
Mansum confortat stomachum suspiria sedat.
Morsus serpentum (si trito mergis aceto)
Atqꝫ superponas tali medicamine curas.
Mānsum pestiferos vetat intima ledere fūgos
Ut nimiū feruente cutem comburere dixi
Sed tamen hec multis est vtilis vstio causis
Hac oculis nociuus capitis siccabitur humor
Et qui distillans pulmonum concaua ledit.
Et stomachi morbosqꝫ creat tussimqꝫ ptissimqꝫ
Hac per vesiccas coxe dolor inueteratus.
Elicitur sciasim quod greco nomine dicunt.
Hacqꝫ tumor splenis durus/iecorisqꝫ fugatur
Et multū causis hic subuenit īueteratis.

¶ Si quispiã forte causam efflagitet cur Pitha gozas sinapim ceteris pretulerit herbis Valeriũ audiat maximum huic questioni abunde satisfacientem. Pythagore tanta veneratio ab auditoribus tributa est vt que ab eo acceperant in disputationem deducere nephas existimarent quinetiã interpellati ad reddendam causam hoc solum respondebant. ipsuz dixisse. Nos igitur dogmati pythagorico credulas aures adhibeamus. Pythagoras asseritur tribuisse primã laudem synapi inter alias herbas quas ipse pythagoras laudauerat quartus gradus est ei in visicca & calida extrahit humores viscosos idest glutinosos & eos extenuat. idest incidit ratione vehementie sue caliditatis et comburit cutem idest imprimit in ea vesiccã tanta vis idest violentia caloris est idest inest sinapi vis idest virtus eius dicitur esse maior. i. vehementior in semine eius. cibus illius seminis exacuit sensus humores obtundentes & ebetantes consumendo & commouet. i. laxat aluum confringit id est dilaniat lapides vesice & renũ et purgat mẽstrua Si iungas hoc semen tritum aque tepide et versas. idest frequenter voluis palato idest intra fauces ad solem idest estu vigẽte purgabis phlegma nociuum capitis salubre idest sanitati perutile est admiscere hoc semen sternutamẽtis. i. puluelibus sternutationem prouocãtibus sicut piperis elebori condisi nigelle staphisagrie euforbii & ceteris id genus Nã oĩs strictura. i. opilatio capitis. idest meatuum cerebri resoluitur. idest aperitur illo semine contrito et naribus admoto. Hoc semen mansum idest comestum confortat stomachũ sedat suspiria idest singultus si mergis. i. misces se

Magnapi. auctoritas

men sinapis tritum in aceto ꝛ superponas curas
tali medicamine morsus serpentum hoc semē mā
sum id est comestū vetat fungos id est tubera ter-
re seu arborum pestiferos. id est letales ledere.i.
offendere intima Dixi comburere cutem vi feruē
te id est feruida nimium exuberante. Sed tamen
hec vstio est vtilis multis causis id est egritudini-
bus humor capitis reumatizans scilicet nociuus
oculis siccabitur hac vstione ꝛ ille humor capitis
quē superius ex auctoritate Pli. pituitā diximus
distillans id est fluens ratione subtilitatis ledit cō
caua pulmonis disponēs ad ptisim aut paripleu
moniam ꝛ etiaꝫ siccabitur sup. ille humor q̄ creat
morbos stomachi ꝛ tussim ꝛ pleuresim. Nam ille
humor a capite per viam catarri diffluens secun
dum membrorum recipientium varietatem varia
rum est causa egritudinum Prodest āt huiusmo-
di vstio a semine sinapis impressa quoniam fit hu
qd pro morum capitis ad locum vstionis tum ratione do
dest cā loris tum ratione caloris attractio ꝛ inde a mem
teriū in bris ad que prius distillabant diuersio dolor co-
catar xe inueteratus quod morbi genus medici dicunt
ro. sciasim greco nomine elicitur idest educitur extra
hitur. hac vstione per vesicas id est per tumores
seu cutis eleuationes aqua plenas trahit eni hec
vt sic loquar vesicatio humores intraneos sensi-
bilia membra infestantes ad cutis superficiem. et
tumor splenis durus ꝛ tumor iecoris id est epatis
fugatur hac vstione. Et hec vstio subuenit multū
causis. i. egritudinibus inueteratis.

Utile tot causis q̄m cathaplasma sinapis
Sepius a medicis variatur conficiendo

Dicam qualiter hoc fieri iubeat meniacus
In mortariolo tritum bene pone sinapis
Semen iungatur huic panis candida mica
Sic vt tertia sit panis pars iuncta sinapi.
His ficus siccas/ et mel iungas/ et acetum
Etatis q̈tum vel morbi causa requirit
Nam quo plus ficus sicce vel mellis habeb...
Ille sinapismus tanto solet acrior esse
Debilior quo plus panis mittes et aceti.
Ne tibi sit vilis (moneo(confectio talis.
Effectum cuius in multis sepe probaui.
Non tñ hanc iubeo cunctis apponere morbis.
Sed raro magnis et causis inueteratis
Plinius in musto cum semine precipit huius
Radices mergi. sic postq̈ sumpserit harum
Omnē vim vinum multum putat esse salubre
Faucibus et stomacho potatum luminibusq̈
Pluribus et capitis dicit prodesse querelis

¶ Quoniā cathaplasma sinapis est vtile tot cau sis. i. egritudinib⁹ variatur sepius a medicis con ficiēdo. i. in modo cōficiendi dicā qualiter mene= niacus iubeat. i. doceat hoc cathaplasma fieri. i. confici pone in mortariolo. i. in vase cupreo vel la pideo semē sinapis tritū bene. i. valde mica panis candida. i. alba iungatur huic semini sic vt tertia pars panis sit iuncta sinapi iungas his ficus sic cas et mel et acetū q̈tum causa. i. qualitas etatis vel morbi requirit Nam quo. i. quanto cathaplas ma habebit plus ficus sicce vel mellis tanto ille

sinapismus.i.confectio sinappis solet esse acrior sed supple erit debilior quo.i. quāto plus mittes panis & aceti.moneo te Ne talis confectio sit tibi vilis cuius pbaui effectū.i.vtilitatem in multis egritudinibus. Non tamen iubeo hanc cōfectionem apponere cūctis causis.i.morbis Sed raro apponatur & magnis egritudinibus sup.(vtvcz) forti morbo fortis occurrat medicina. Plinius precipit radices hui⁹ herbe mergi.i.obrui in musto cū semine cuius postꝙ vinū sumpserit omnem vim horum.s.radicum & seminis putat illud vinum potatum esse multum salubre.i.vtile faucibus .i. superiori parti gule & stomacho & luminibus.i.oculis & idem Plinius dicit sup.prodesse plurib⁹ querelis capitis:

Infuso faciunt oleum de semine quidem
Utile lumborum vitijs stupidis quoꝙ neruis
Exprimitur succus tenero de caule sinapis.
Quod siccū mandens dētis tormēta fugabis:
Uocales venas semen lenire sinapis
Mansum confirmant adipi tundendo vetusto
Commixtum scrophas disperget sit superaddas
Illius fumus multum prodesse caducis
Dicitur.atꝙ stere causas siccando iuuare
Cum ficu tritum capiti superaddere raso
His qui litargū patiuntur magna medela est.
Uel si sepe pedes vngendo fricabis eorum
Semen contritum melli coniunge vel vncto
Istud alopitijs iuuat vnguen sepe fricando.
Acricum vino lepras emundat inuncto.
Hoc quoꝙ curatur manso periodica febris
Anteaꝙ dixi veniat commotio morbi

¶ Infuso faciunt. &c. quidã faciunt oleum de semine eius infuso in oleo cõmuni sup. vtile viciis lumborũ. i. renum & neruis stupidis. id est stupore affectis. (Est autem stupor diminutio sensus et mortuis in aliquo mẽbro qui fit ratiõe indurationis & ingrossationis nuche & neruorum inde descendentium quo fit vt spiritus perspicui & radiantes liberum transitum habere nõ possunt & membrum fouere quemadmodũ nec phebea lampas suos illustres radios per acrem turbidum & caliginosum effundere nequit) Succus exprimitur de caule tenero. i. de herba tenera caulis quẽ succum mandẽs. i. comedẽs fugabis tormẽta dẽtis auctores cõfirmant semen sinapis mansum lenire . i. lenẽ efficere venas vocales. i. arteriam vocalez semen sinapis cõmixtum adipi. i. axungie vetuste tundẽdo. i. simul cõterẽdo disperget resoluet scrophas. i. duros; tumores si superaddas illis scrophis. fumus illius seminis dicitur prodesse multum caducis id est epylenticis acadendo dictis. atq3 dicitur iuuare causas. id est morbos stere. id est matricis siccando id est desiccando humiditates superfluas ad eam defluentes sicut ad sensitinam corporis. magna medela id est optima medicina est. semen sinapis tritũ cuz ficu superaddere capiti raso his qui patiũtur litargũ: vel si fricabis pedes eorum vnguendo sepe: coniuge semen sinapis contritũ melli vel vncto. i. axungie. Istud vnguẽ iuuat. i. prodest alopetiis. (Est autem alopetia seu maius alopitia morbus capitis que fit ex vitio humorum cũ profluuio capillorũz hoc semen cũ vino agri inuncto emũdat lepras morpheam & albaras febris periodica. i. interpolata

curatur hoc semine manso.i.comesto modo.i. tā-
tum modo sine adiectione alterius medicamenti
antea id est priusq̄ commotio morbi diriveniat.i.
ante inuasionē frigoris (Dicitur aūt febris perio-
dica que non semper affligit sed cum temporis in-
terpolatione & vera quiete quod fit quia materia
morbi effectiua est extra venas cū vero in venis
concluditur tunc facit cōtinuam propter cōtinuā
fumorū putridorum missionē ad cor Periodum cir-
cuitum seu circūlocutionem greci nuncupāt vt si
elephanti dentē pro elebore dicamus itidez febrē
periodicam circuitus.i.iteratos accessus habē-
tem dicimus vnde hypocrates his qui in circuiti-
bus exacuūtur quãuis tamen nonnulli inter cir-
cuitum & periodū aliquid ponūt discriminis. At-
tamen vt Galenus inquit super tertio pnosticorum
Quando super intentionem est cōuenientia in re
quesita tunc contrarietas in nominibus intentio-
nem non habet.

De caule herba.xxxvi.

Caulis romana grecorum brassica lingua
Dicit hic q̄uis passim nascatur i ortis
Est tñ illius ad multa salutifer vsus.
Annis sexcentis vsos medicamine caulis
Romanos catho testatur medicina priusq̄
A medicis rome descripta fuisset in vsum.
Tunc ortus escas illis dabat & medicinas.
Vulnera non tantū curare recentia caulem
Ipsemet affirmat auctor: sed inueterata
Et cancros etiā loca sed prius amne lauari/
Precipit vt vino tepido.sic densq̄ crudum



Una quaqꝫ die bis tritum apponere caulem.
Ordea quam dederint cauli m iscere farinam
Idem precepit. rutam quoqꝫ cū coriandro.
Et sale permodico sic omnia mixta terendo.
Apponi dire docuit cathaplasma podagre.
Hoc etiam morbis medicabitur articulorum.
Hoc quoqꝫ stringas ait ꝛ luxata iuuare.
Atqꝫ suppositum varios sedare tumores.
¶ Caulis romana ꝛc. Nulli miraculo esse debet
cathonem parsimonie ꝛ frugalitatis exemplū cō

summatissimū caulem olus quidē plebeiū ac pauperum escam litterarū monumentis celebrasse. Eius frugalitatē admirabilem valerius maxim⁹ posteris scriptuȝ reliquit Age (inquit si quis hoc seculo vir illuster/pellibus hedinis pro stragulis vtatur. tribusqꝫ seruis comitatus hyspaniā rogat ꝛ quingentoꝝ assium sumptum transmarinam puinciam petat eodem cibo eodēqꝫ potu quo naute vti contentus sit nonne mirabilis existimetur. At qui ista patientissime Cato tolerauit quia illū grata frugalitas in hoc genere vite cum summa dulcediue continebat Sed a diuerticulo nostros gressus referamus. Caulis romana. i. romano eloquio dicitur brassica grecorum lingua. quāuis hic caulis nascatur passim. id est vbiqꝫ in ortis tamen vsus illius caulis est salutifer ad multa. Catho testatur romanos vsos medicamine caulis annis sexcentis priusqꝫ medicina. id ē pars medicine fuisset descripta in vsum hominū fuisset hortus (aspiretur vt ab eo quod format orior discresper) dabat. i. suppeditabat tunc illis romanis escas ꝛ medicinas vnde diuus Seuerin⁹ quē boetium appellant. Felix nimium prior etas. contenta fidelibus aruis ipsemet auctor. s. Catho affirmat caulem non tantum curare vulnera recentia sed inueterata ꝛ etiam cancros. id est cancreuas cum videlicet non omnimoda est carnis corruptio. Sed est in via ad cancrū. sed precipit loca tabida supple lauari pri⁹ amne aut vino tepido sic deniqꝫ post ablutionē vlceris iussit apponere bis vna quaqꝫ die caulem tritum Idē Catho precipit miscere farinam quaȝ ordeo dederint. i. ordeaceam cauli quoqꝫ. i. etiam rutam cū coriādro ꝛ sa

le permodico .i. valde exiguo sic terendo omnia mixta ipse Catho docuit hoc cathaplasma apponi podagre dire id est multum infeste: etiā hoc cathaplasma medicabitur morbis articulorū id est morbis arteticis etiam Catho ait hoc cathaplasma iuuare stringas id est fistulas ꝛ iuuare luxata id est membra soluta ꝛ suis locis mota Atq; Catho ait hoc cathaplasma suppositum sedare varios tumores.

Illius vrinam (fuerit qui caulibus vsus)
Causis neruorum calefactam censuit aptam.
Hac ex vrina pueri si sepe lauentur
Asserit illorum multum conferre saluti.
Hoc de caule catho quendā scripsisse libellū
Crisippum dicunt huius de viribus herbe.
Omnes confirmant caligine limina tergi.
Eius qui viridi vescetur caule frequenter
Auget lac mām̄is cibus eius mēstrua purgat.
Atq; iuuat stomachū sūptas vt cōcoquat escas
Si multum coquitur: restringere dicit aluum
At semicrudus solet illam soluere sumptus
Assumptus crudus sic vt tingatur aceto
Splē reprimit tumidū. semen depellit abortū.
Unctio cum veteri coctos bene contere caules.
His oleum roseum q̄ntum res postulat addas.
Ardores nimios iuuat hec confectio febris.
Si supponatur stomacho inēbro ve calēti.
Acri non scissum mergis alumen aceto
Et caules sic vt corpus redigantur in vnum

Cuncta terendo diu: poteris cōpescere lepras
Et plures alias maculas his sepe perungens.
His etiam crines poteris retinere fluentes.

¶ Illius vrinā. ⁊c. Catho censuit. i. dixit vrinam calefactam esse aptam causis. i. egritudinib9 neruorum illius qui fuerit vsus caulibus ac asserit si sepe lauentur ex vrina pueri (que multum iuuatiua est in vlceribus profundis ⁊ difficilis ꝯsolidationis vt inquit Math. fil. Conferre multum saluti illorum qui morbos neruorum patiunt. Catho ait supple quēdam philosophum quem dicūt crisippum scripsisse libellum de viribus hui9 herbe. Omnes medici confirmant lumina. i. oculos hominis qui vescetur frequenter caule recēti tergi: id est abstergi caligine cib9 eius caulis auget lac māmis ⁊ purgat mēstrua atq3 iuuat stomachū vt concoquat. i. cōcoquere valeat escas id est acceptum nutrimentum Si caulis coquitur multū dicitur restringere aluum At sumptus semicrud9 id est nondum perfecte coctus solet soluere. i. laxare illam aluum. (Huius Auicenna causam in medium adducit. Alique inquit medicine simplices sunt in quibus decoctio separare potest inter virtutes contrarias ipsarum sicut caules substātia enim ipsorum commixta est ex materia terrea stiptica ⁊ ex materia subtili abstersiua nitrosa. cū ergo coquitur in aqua resoluitur substantia nitrosa abstersiua ab ea in aqua: ⁊ substantia terrea stiptica remanet ⁊ fit eius aqua solutiua ⁊ corp9 stipticum hec princeps caulis assumptus crud9 sic vt tingatur id est intingatur in aceto reprimit splen tumidum. id est inflatum semen eius depellit

abortũ. contere bene. id eſt diligenter caules coctos cum vncto id eſt axungia veteri addas his oleum roſeum quantum res: id eſt quantitas caulium ⁊ axungie poſtulat hec confectio adiuuat. i. mitigat ardores nimios febris Si caulis ſuperponatur ſtomacho vel membro calenti calore extraneo ſup. ſi mergis alumen nõ ſciſſum. i. integrũ aceto acri ⁊ caules ſic vt redigantur id eſt conſlentur in vnum corpus terendo. i. conterendo diu cũcta poteris diſſoluere lepras. i. pannum faciei et lentigines ⁊ plures alias maculas etiaʒ poteris retinere crines id eſt capillos fluentes his medicaminibus. (Triplex eſt alumen. ſ. iamenuʒ quod dicitur ſciſſum quoddaʒ rotundum. ⁊ aliud de rocha)

Dicitur ⁊ teſtes iſtud curare tumentes
Et varios morbos genitalia que patiũtur.
Et melius ſi predictis faba cocta iugatur.
Cum fenu greco ſi tundas hunc ⁊ aceto/
Et ſuper arteticos apponas iſta dolores
Multum ſubueniet illis vitijſq; podagre.
Nõ modicũ poterit iſtud cathaplaſma mederi.
Vncto cũ veteri caulis cineres bene triti
Proſunt ad veteres lateris coxeq; dolores.
Sit licet hec vilis tñ eſt medicina ſalubris
Si caulis ſemen mixto potatur aceto
Pellere ſepe ſolet animalia noxia ventris.
Fit cinis ex ſiccis caulis radicibus vſtis.
Subditur hic vinum releuat ſiccando iacentem.
Dentibus atriti ſuccum glutire virentis
Affirmant rauce multum ſuccurrere voci.

Naribus infusus succus purgat caput eius.
Qui prius est caules vix sentiet ebrietatem.
Euulsam caulis radicem postea tritam
(Que non attigerit collo melicius inquit)
Suspensam varios vue depellere morbos.

¶ Dicitur ꝛc. Istud vnguētum dicitur curare testes.i.testiculos tumentes.i. inflatos ꝛ dicitur curare varios morbos que genitalia.i. mēbra virilia patiuntur. ꝛ dicunt id melius fieri sup. si faba cocta iugatur.id est cōiungatur predictis si tundas:id est conteras hunc caulem cuz fenu greco ꝛ aceto ꝛ apponas ista medicamina super dolores arteticos(quos guttā appellant)subueni ꝛ illis doloribus. ꝛ istud cathaplasma poterit mederi.i.auxiliari non modicū vicijs.i. doloribꝰ podagre cineres caulis bene triti cū vncto: id est cum pinguedine veteri prosunt ad dolores veteres lateris ꝛ coxe.licet hec medicina sit vilis tamen est salubris id est humane sanitati perꝙutilis. Si semen caulis potatur cū aceto mixto solet pellere sepe animalia noxia ventris.s.lumbricos/ascarides ꝛ tineas cinis sit ex radicibus siccis caulis vstis id est exustis vinū subditur .i. adiūgitur his frangit lapillū renū aut vesice ducendo id est educendo Auctores affirmant glutire succuz caulis virentis attriti.i.contusi succurrere multum voci rauce id est aspere succus caulis infusus naribꝰ purget caput eius ille qui est id est comedit prius caules sentiet id est incurret vix ebrietatem Melimus ille medicus vetustissimus inquit radicem caulis euulsam postea tritam suspensaz collo qui tamen non attigerit.i. tetigerit collum supple de-

pellere varios morbos vue pellicute carnose site supra caput canne pulmonis.

De pastinaca herba.xxxvij.



Est pastinace virtus in semine tantũ
Et radice sua. mulsa si decoquis eius
Radices multũ decoctio proderit eius
Si potanda datur splenis iecorisqꝫ querelis
Lumborũqꝫ leuat eadem potata dolorem
Hanc si lacte coquas: decoctio sumpta iuuabit
Asmaticos qꝫuis veteres ventresqꝫ fluentes.

Radix illius collo suspensa tumores
(Ut quidam dicunt) compescit testiculorum
Qui pastinacam fert aut qui manducit illam
Dicitur a nullo serpentum posse noceri
Accendit venerem si large sumitur illa
Si circūscalpis dentes radicibus eius:
Dicunt ingenti per sepe dolore leuari
Ex vino pastinace si sepe bibatur
Compescit diros quos scorpius intulit ictus
Sic quoque feminei ventris curare tumorem
Dicūt. quo mulier quasi pregnās eē videtur
Quod pastum tribuat: est pastinaca vocata.

¶ Cuius sit cōplexionis pastinaca macer tacitū relinquit. Galenus vero id luculenter declarat. Pastinace inquit domestice radices comedūtur alimentum quidem minus prius habentes cale faciunt autem manifeste in medio secundi gradꝰ et humectant in primo. Eius autem vires hic macer manifestat virtus pastinace est tantum in semine et in sua radice si decoquis radices eius in mulsa id est in melle et aqua si ipsa decoctio da tur potanda proderit multum q̄relis .i. doloribus splenis et iecoris .i. epatis et eadem decoctio po tata leuat id est alleuiat dolorem lūborum .i. renū si coquas in lacte hanc radicem decoctio sumpta id est bibita iuuabit id est curabit asmaticos id ē suspiriosos q̄uis sint supple veteres .i. etate con fecti: et decoctio iuuabit vētres fluentes id est flu xum ventris radix illius pastinace suspensa collo compescit tumores testiculorū vt quidē dicunt il

he qui fert pastinacam aut qui mandidit id est comedit illam dicitur nō posse noceri.i.vulnerari vel pungi ab vllo serpente si illa sumitur large copiose accendit venerem(oīa enim calida humida res veneree sint incitamenta. Si circunscalpis id est emundas dentes radicibus eius auctores dicūt ipsas dentes leuari.i.alleuiari persepe dolore ingenti.i.vehementi si bibatur sepe ex vino pastinace compescit id est sanat ictus .i. puncturas vel morsus quos scorpius intulit.i.iācussit auctores dicunt pastinacā curare tumorē ventris feminei quo tumore mulier videtur esse quasi pregnans (hūc tumorem medici molam matricis appellāt que quidē multas cludit feminas. Quandoq3 inquit Auicenna accidūt mulieri dispositiones pgnantium ex retentione menstruorum ꝛ alteratione coloris ꝛ casu appetitus. ꝛ quandoq3 accidit inflatio ambarum mamillarum ꝛ sentit in ventre suo motum qui est sicut motus embryonis ꝛ quīq3 accidit dolor pariendi ꝛ angustia ꝛ non parit. hec Auicēna. Hippocrates vero documentū dat certissimum quo mulier verā impregnationē ab hac matricis mola iternoscere poterit. Mulierē (īqt) si vis scire si cōcepit mellicratū dat ei bibere quādo dormitura est. ꝛ siquidē torsiones habuerit circa ventrem cōcepit: si vero non minime. hec herba dicta est pastinaca ꝙ id est quia tribuat pastū.

De origano herba.xxxviij.

Origani vires calide sicceq3 leguntur,
Tertius huic in vtroq3 grad9 cōcedit esse,
Illius in vino curat decoctio sumpta.
Quossuis pestiferos morsus si sepe bibatur.

Origani h
1.2. ...
...
...



Cum mulſa ſumpta prodeſt aconita bibenti
Sic multis aliȷs dicunt obſtare venenis.
Concaſſata iuuat manſuꝫ: vel ſepius hauſtū
ydropicos reprimit bibitū: ſiccatqꝫ tumores.
Cum mulſa bibitum colerā deponere nigram
Dicunt oxifabi fuerit ſi pondere ſumptum
Mēſtrua deducet bibitum. vel ſi ſuperaddas
Tritum vel cocta mulier ſi ſe fouet herba.
Illius puluis tuſſim cum melle repellit
Pruritus, acoras maculaſqꝫ cutis fugat omnes.

In quo decoquitur si sepius amne lauetur.
In lauacro iuuat ictericos hec decoctio supra
Succus predicte viridis si sumitur herbe
Uuas et fauces curat siccando tumentes.
Oris vulneribus medicabitur ore retentus.
Naribus infusus yrino mixtus oliuo
Inuisum capiti coget manare cruorem.
Auribus infusus sedat cum lacte dolorem.

¶ Origani vires etc. Pestiferos morsus hanc herbā sanare imprimis auctor noster asseuerat: quam sane ꝓprietatem homines ciconia edocuit Ea enim cum serpentibus cōflictura origano sibi salutē acquirit quēadmodum mustelle ruta est. medicamen: hinc Plinius insignis medicus in hanc prorūpit sententiā. Mirūque multa a bestijs didicerit. Uires origani leguntur esse calide et sicce tercius gradus conceditur huic origano esse in vtroque tā calido quam frigido decoctio illius in vino sumpta curat quo suis. id est quoscunque mors⁹ pestiferos si bibatur sepe hec decoctio sumpta cū mulsa prodest bibēti.i. illius qui biberit aconita id est venetia. (Fabulantur poete e spuma cerberi cū ab hercule ab inferis traheretur aconitū natum venenum omniū venenorum ocissimū. Auctores dicunt ipsum origanum obstare.i.repugnare multis alijs venenis origanum mansum .i. comestum vel bibitum sepius iuuat cōcassato .i. passo cōcasationem in aliquibus mēbris origanū bibi=

tũ reprimit id est curat ydropicos q̃ .i. ꝛ siccat .i. resoluit tumores: id est iflationes auctores dicũt. ipsum origanum bibitũ cũ mulsa deponere.i.edu cere coleraã nigram si fuerit sumptũ in pondere o- xifabi: id est vnius vnxie ꝛ dragmarũ sex (Oxifa bum inquit Math. silua. est ponderis vel mensu- re nomen vnius vncie ꝛ dragmarũ sex) Origanũ bibitũ reducet.i.redire faciet ad suũ cursum natu ralem menstruã vel si superaddas pectini supple tritum vel si mulier ex retentione mẽstruoꝝ afflic- tata fouet.i.fomentet se in locis pud bundis her ba origani cocta.i.decoctione huius herbe pul- uis origani sicci supple sumptus cũ melle repellit tussim si quis lauetur sepius amne.i.aqua in qua decoquitur origanum fugat pruritus id est pruri gines carnis fugat.i.mundat acoras.i.squalida capitis vlcera ꝛ omnes maculas cutis. hec sum pta.i.exhib ita in lauachro id est in modum laua chri iuuat ytericos: si succus predicte herbe ꝫ vi- ridis id est recentis sumitur curat vuas.i.pellicu las sitas in capite epygloti tumentes.i.inflatas ꝛ curat fauces.id est partes illas oris raras ꝛ spõ giosas superfluitatibus cerebri recipiendis a na tura destinatas. Ille succus retẽtus in ore medi- cabitur id est auxiliabit vulneribus oris. ille suc- cus mixtus oliuo id est oleo yrino id est quod fit de lilio celesti coget.i compellet cruorem inuisuz id est perniciosum capiti manare id ẽ fluere. (Sã guis ex nimia sui ebulitione cerebrũ cõscendens varios infligit lãgores cuius edactio per nares est sanatio)

Hic succus mixtus cepis ꝛ roseriaco
Ponitur ad solem tunc quando sirius ardet

Sicq₃ quaterdenis feruebit in aere diebus
Si supponatur lecto confectio talis
Effugat vt dicunt animalia cuncta nociua
His quibus ex aliquo vicio digestio tarda
Euenit ex vino (prodest) si sumitur albo.
Cū calida stomachi morsus lenire probatum est
Illius succos oleoq₃ mixtos ⁊ aceto
Succida lana bibat ⁊ sic superaddita mēbris
Luxatis ⁊ contusis multum iuuat illa
Prouocat vrinā. lumbricos reijcit haustum
Dente diu tentum solet inde fugare dolorem
Omnia potatus succus iuuat interiora
Eius cum succo si carica trita bibatur
Sudorem poris producere fertur apertis
Appositus coxis succus cum polline farris.
Harum sepe grauē pellit reprimit ve dolorem

¶ Hic succus ⁊c. Hic succus mixtus cepis ⁊ roseriaco id est oleo roseaceo ponitur id est exponit ad solē tunc cū sirius id est canicula que nascitur decimaquarta die iulij ardet: id est estuat vehemētius ⁊ feruebit: id est efferuebit sic expositus in aere calenti caternis id est quattuor diebus si talis confectio supponatur lecto id est cubili effugat. (vt dicunt emperici sup. cuncta animalia nociua vt publices cinices ⁊ alias id genus bestiolas. origanū prodest his quibus digestio id est vis digestiua stomachi est tarda id est diminuta ex aliquo vicio id est errore si sumitur in vino albo. origanum sumptum supple cum aqua calida proba

tum est lenire id est mitigare morsus id est mordicationes stomachi. lana succida id est impura; nō lota plena sordibus a succidēdo dicta q̄ talis sit qualis succisa est) bibat id est imbibat succos illius origani mixtos oleo cōmuni sup. ⁊ aceto ⁊ superaddita sic mēbris luxatis id ē a suis locis naturalibus motis ⁊ contusis id est violēto grauamine affectis iuuat multū illa membra. origanuȝ haustum prouocat. vrinā reijcit id est educit lumbricos id est vermes ventris. origanū tentū, id est retentum diu in ore solet fugare id est mouere doloreȝ inde id est a dentibus. succus origani potatus iuuat omnia interiora membra si carica id est ficus trita bibatur cū succo eius origani ferr̄ id ē dicitur producere id est prouocare sudoreȝ poris id est meatibus quibus spiritus fluunt ⁊ refluunt ⁊ excremēta sensibiliter ⁊ insensibiliter educuntur apertis/ succus origani mixtus sup. cum polline id est subtili farina farris id est frumenti appositus id est applicatus coxis id est supra coxas in modum emplastri pellit id est omnino aufert vel reprimit id est diminuit dolorem grauem harum coxarū supple.

¶ De serpillo herba. xxxix.

SErpilū veteres dixerūt q̄d q̄si serpat.
Terr̄ vicin⁹ huic feruida siccaq; vis ē
Acri cū vino coctum contūdis oliuo
Cui rosa dat nomē. hoc vnguine pline frontē
Egroti. capitis solet hoc sedare dolorem
Nidor combusti serpentes effugat omnes
Et quoduis aliud infundens ore venenum



Hoc ideo miscere cibis messoribus est mos.
Ut si forte sopor fessos depresserit illos.
Vermibus a nocuis tuti requiescere possint.
Pestiferos morsus bibitum iuuat. appositumq;
Prouocat vrinas. cōpescit tormina ventris
Splen iuuat admixto si sepe bibatur aceto.
Simel pr edictis iungatur sputa cruenta
Iactantes mire positus solet iste iuuare
Haustum cum vino iecoris sedare dolorem
Dicitur. hicq; solet producere mēstrua potus.

¶ Serpillū veteres ⁊c. Tametſi latina lingua tā
ꝙ riuulus quidā a grecano fonte primariā ſump-
ſerit originem plerūq; tamen aſpirationes greca-
nice apud nos in ſ litterā immutantur. Nam gre-
ci herbā cuius vires impreſentiarū aggredimur
herpillō vocant nos vero ſerpillum apud grecos
enim u/vocalis locum non habet: Sed vbi u/pro-
ferimus illi o/ſibi aſciſcunt. itidem. illi hex heptē
nos ſex ⁊ ſeptem/pronunciamus. Sed nunc gre-
ci ſandi minime locus eſt. Veteres dixerūt ſerpil-
lum quod quaſi ſerpat vicinius id eſt proximius
terre. Nam (vt teſtis eſt ſerapio) eſt planta incli-
nata ſuper faciem terre iacens. vis feruida id eſt
calida ⁊ ſicca eſt huic herbe (ad terciū gradū pro-
ueniens vt inquit Auicenna) contundis ſerpillū
coctū cum vino in oliuo id eſt in oleo cui roſa dat
nomen in oleo roſaceo perlimine frontem egroti
hoc vnguine. i. vnguento. hoc vnguentū ſolet ſe-
dare dolorem capitis nidor. i. odor (dictus a nito-
re ignis: Eſt enim nidor odor cuiuſcunq; rei adu-
ſte) nidor ergo ſerpilli cōbuſti effugat omnes ſer-
pentes ⁊ fugat quoduis animal fundens id eſt
effundens venenū ore. mos eſt meſſoribus miſce-
re hoc ſerpillum cibis ſuis ō: id eſt eā ob cauſā
vt ſi ſopor id eſt ſomnus depreſſerit id eſt oppreſſe-
rit illos feſſos id eſt labore fatigatos forte (ſpiri-
tus enim ex nimio labore reſoluti ſomno reparan-
tur) hi meſſores poſſint requieſcere tuti id eſt ſecu-
ri a vermibus nocuis (qualis erat culex de quo
iucundo poemate ad Octauium imperatorē ma-
ro ille carmen edidit lepidiſſimum cuius initiū eſt
luſimus Octaui gracili modulante thalia) Hec
carmina alludere videntur ad Chorydonem vir-

gilianum. Testilis & rapido fessis messorib⁹ estu.
Allia serpillumq; herbas contundit olentes.
Uerum Seruius interpres maronian⁹ de comestione serpilli a messoribus lõge aliter sentit atq; auctor noster ait enim ad pellendos calores hãc herbam a messoribus manducari plinianãq; citat auctoritatẽ medicinam a cõtrario vel a simili operari vnde inquit calor alio calore potest pelli Attamen horum omniũ sentẽtia (ni fallor) mõ rectã subeat interpretationem veritati cõformis est Medicina enim a cõtrario operatur egritudinez propulsando a simili enim sanitatez conseruando (quoniam vt ait princeps) egritudo suo medicat contrario & conseruatur sanitas suo simili. Calor etiam alio calore potest pelli non tamen per se sz per accidens. sicut scamonea infrigidat corp⁹ cũ sit calida & facit illud non quia sit calida sed quia humorem calidũ educit. ad cuius enim esse est fieri hoc & ab eius abesse est fieri cõtrarium. vt auctor est mesue Sed hec forte parũper a nostro exhorbitãt proposito eo igitur reuertamur vnde digressi sumus (serpillũ iuuat. i. curat morsus pestiferos bibitum. i. si bibatur vel appositũ. i. si apponatur vulnere. serpillũ prouocat vrinas cõpescit. i. sedat tormina id est tortiones vẽtris iuuat splẽ id est duriciẽ splenis si bibatur sepe hoc dico aceto admixto. si mel iungatur predictis. s. succo serpilli & aceto iste potus solet iuuare mire iactãtes id est expuentes sputa cruẽta. i. emptoicos serpillum haustum cũ vino dicitur sedare dolores iecoris id est epatis & hic potus solet producere id est procul ducere mẽstrua id est mulierum profluuia

¶ De viola herba. xl.



NEc roseus superare decor nec lilia possũt
Fragrãtes violas specie/nec vi/nec odore
Dicitur humida vis illi. ⁊ frigida primo
Esse gradu. spẽs tres esse leguntur earum.
Noscere quas tantum diuerso flore valemus.
Nam sunt purpurei flores albiq; nigriq;
Cunctis pene pares sunt in medicamine vire
Inflãmata iuuant loca. tritas si superaddas

Crapula discutitur bibitis capitisq; grauēdo
Olfactu solo. vel si caput inde coronas
Anguinis pote medicantur aqua resolute.
Purpuream violā dicunt curare caducos
Precipue pueros si mixto sumitur amne
Radices viole cum mirra tunde crocoq;
Hoc inflammatis oculis apponito nocte
Contritis folijs viole cum melle perungens
Ulcera sanabis capitis: si iungis acetum
Et cathaplasma facis cedet collectio queuis
Illius curat elixatura tumorem.
Matricis tepida si sepe fouebitur illa
Ani fixuras quas appellant ragadias)
Addita serotis medicatur sepe perunctis.

¶ Nec roseus. Uiola a violando nomē accepit per antiphrasim q minime violetur hinc flores quosq; odoriferos propter viole excellentiā vulgato noīe violas appellamus. Nec id est & nō ei decor roseus id est rosa aut lilia flores illi venustissimi non possunt superare violas fragrantes id est suauiter olentes nec vi id est virtute nec specie id est pulchritudine nec odore vis id est cōplexio humida & frigida in primo gradu dicitur esse illis tres species earum leguntur esse quas species valemus id est possumus noscere id ē internoscere diuerso flore id est diuersitate coloris floruz Nam sunt flores purpurei & albi & nigri vires id est proprietates sunt pares id est equales illis pene id est fere in medicamine viole iuuant loca inflāmata si superaddas ipsas violas tritas .i. con

trstas:crapula id est ebrietas discutitur .i.aufert his violis bibitis:id est potu earũ ⁊ grauedo capitis ex fumis ⁊ vaporibus ciborum aut potuum calidorum procedens discutitur solo olfactu id ē odoratu vel si coronas caput inde. Nã omnia fere aromata id est odorifera preter pauca calida sunt que capitis grauedinē faciũt vt inquit hyp. ⁊ eius interpres galenus. ab eis tamen viola rosa nenufar sandali mirtus cãphora ⁊ pauca alia excipiuntur que frigida sunt viole resolute id ē tēperate in aqua pote.i.bibite medicãtur anguinis id est morbis squinãtie de qua non nihil diximus (dicitur autē anguina ab angendo ꝙ vehemēter angat)medici dicũt violam purpureaȝ curare caducos.i.epylepticos ꝓcipue pueros si sumitur in amne id est aqua mixta est enim morbus pueris familiaris propter phlegmatis exundantiã queȝ etatis mutatio tempoꝝ locoꝝ ⁊ dicte persepe curat vt inquit hyp.tunde.i. contũde radices viole cum mirra ⁊ croco. apponito hoc medicamentuȝ oculis inflãmatis nocte id est per noctē:tu perungens sanabis vlcera capitis ex violis cõtritis cũ melle:si iungis acetũ cum violis ⁊ facis inde cataplasma queuis collectio id est apã cedet id ē recedet repercutietur si tamen apã fuerit in principio. Nam vt inquit Auicēna cũ apã in principio fuerit super ipsum ponemus qđ solũ repercutiat: ⁊ cuȝ in statu fuerit ponemus illud qđ solũmodo resoluat in medio autē miscebimus vtraꝗ de consuetudine hyp.est vt intelligat per sermonē suum collectio omnē grossitudinē extra naturã iq̄t gal. elixatura illius curat.i.sanat tumorē.i.inflationē matricis si fouebit sepe illa elixatura calida vio

to thus istis p̄dictis curabis facile neruos ꝛ vul nera queuis.i.quecūꝗ facile tali cathaplasmate posito id est applicato loco morbido: capitelli .i. teneritates summitatis huius herbe triti facient id est efficient hec eodem. nōnulli auctores medicine sup. prohibent hanc potari id est in potū propinari quia quidā cōfirmant hūc potum suffocare .i. interimere bibentē. At id est sed plt.au.grauissimus dicit id est asseuerat potū huius sumptū cū vino donasse.i.impartiuisse salutē ictericis .i. his qui patiūtur ictericiam ꝛ dicit hunc potū medicari tali morbo morbis vesice.s.strāgurie ꝛ dissurie ille plt. ait probasse id est approbauisse hoc pluries.i.creberrime ꝛ affirmat ille ꝑli. dedisse illā vicijs id est morbis cordis ꝛ iecoris id est epatis ꝛ affirmat illā dedisse cū passo.i.cū aqua vuis passis in ea adhibitis ebullita vel cū aqua passulata torminibus .i. tortionibus ventris ꝛ iuuasse hoc potu morbos varios quos precordia .i. mēbra intrinseca patiūt. Et senecio viridis facit hoc id est valet his morbis curandis si voretur id est māducetur tincta .i. imersa infusa humectata in aceto. Hec herba trita cū sale solet spgere.i.dispgere resoluere strumas.i.scrophas duras.i. maturatiōi ieptas: si q̄s fodiat.i. effodiat hāc herbā circūscriptā.i.in eius circuitu lira quadā.i.ꝑscissione modica designatā sine ferro.i.ferreo instrumento et tāgat dētē dolentē tribus vicibus in id ē ex ea herba spuēs.i.expuēs vnaquaꝗ vice ꝛ post .i.dein reponat hāc herbā eodē id ē i eūdē locū quo fuit orta ꝛ viuat sic rursū vt herba.i. acsi nūꝗ fuisset effossa aut a suo naturali loco dimota ille n̄ dolebit amplius .i. nūꝗ dolore dentiū cruciabitur

vt Plinius dicit littere precedentis parum inuo lute sententia est Si quis hanc herbaz sine ferro circūscriptam effodiat tangatq̄ ea dētez & ter de spūat herbāq̄ reponat in eundē locū ita vt viuat dentem eum postea non deliturū quod tamen ma gicū esse Nicolaus sypontinus affirmat. Nec cuz penas gehēne subiturū crediderim qui huic fidē non sit adhibiturus.

¶ De celidonia herba.lij.



Esse celidonie species gemine referunt A medicis.spēs ē maior pria vocata

Altera vero minor: oculis medicatur vtraqꝫ.
Cecatis pullis hoc lumina mater yrundo
(Plinius vt scribit) quis sint eruta reddit.
Hanc nasci dicit auibus venientibus illis.
Et dessiccari solito dum more recedunt.
Indeqꝫ nomen habet celidonia: nāqꝫ chelidon
Dicitur hec volucris grecorū more vocari.
Florentis succus cum melle coquatur in ere
Igne leui: spumam donec proiecerit omnē
Et quasi crassitiem mellis decoctio sumat.
Utilius nullū dicunt oculis medicamen.
Quos caligo nocet si sint hoc sepe peruncti.
Conteritur iuncto sibi radix eius aneto
Et sic ictericis cum vino sumitur albo.
Dentibus illatum prohibet contrita dolorem.
De foliis eius contusis si cathaplasma
Cum vino fiat. maculas abstergere dicunt.

¶ Hanc herbā celidoniā idcirco a latinis sic vocatam vulgares arbitrātur medici (quasi celi donum) ob eius dotes perqꝫ egregias que interpretatio ꝛ si minime ridicula videatur grecā tamē nō latinam habere originem cōpertum est. chelydon enim greco vocabulo hyrūdinem signat. Nā chelidoniam visu saluberrimā esse docuerunt hyrundines vexatis pullorū oculis illā adhibentes. Preterea chelydoniā non celidoniā proferre debemus que dictio si a celo deduceretur primā pduceret syllabam que tamen esse correptam hoc primo carmine Macer facile demonstrat. Semi-

ne species celidonie referuntur id est dicũtur esse a medicis prima vocata est maior vero id est sed vocatur minor vtraqз medicatur id ē opitulatur oculis caligantibus supple yrũdo mater reddit lumina pullis id est feticulis suis cecatis id ē lumine priuatis q̃uis sint eruta id est effossa vt plinius dicit id est asserit hanc herbã nasci his auibus venientibus scз ineunte vere ⁊ dicit hãc herbam desiccari dũ recedũt more solito. ⁊ celidonia habet nomen inde ex yrũdinibus nãqз hec volucris scilicet yrũdo dicitur vocari chelidon more grecoꝝ succus chelidonie florentis coquatur in ere id est vase ereo (dicit tamen Serapio vas ereum parãdis edulijs esse perniciosissimũ) igne leui id est tẽperato cũ melle donec ꝑieceri t id ē despumauerit omnẽ spumã ⁊ donec decoctio sumat id est induat quasi crassitiem id est spissitudinẽ mellis dicũt auctores medicine nullũ medicamen eē vtilius oculis quos caligo nocet id est offendit si sint peruncti sepe hoc linimẽto radix ei⁹ chelidonie cõterit hoc dico aneto semine cuiusdeз herbe doloris mitigatio iuncto sibi ⁊ sumitur sic ictericis id est ab his qui ictericia labõrant cũ vino albo ipsa cõtrait radix prohibet dolorẽ illatũ dentibus: si cathaplasma cũ vino fiat de folijs eius cõtusis auctores dicũt abstergere id est delere expiare maculas id est lentigenes.

¶ De centaurea herba.liiij:

Sunt cẽtauree spẽs: maiorqз / minorqз
Ut suprascriptis dixi d pluribo herbis
Sз q: p paucas spẽs ē cognita maior
Hãc pretermittẽs vires narrabo minoris.

Quā cunctis notā credo vulgaribus: ipsa
Desiccatiue virtutis dicitur esse.
Non modicū plagas cōglutinat inde recentes.
Inqꝫ cicatrices veteres superaddita ducit.
Illi (qui sciasim patitur) decoctio mire
Prodest, illius si sit subiecta per anum.
Sanguine detracto sedat mox illa dolorē.
Fomento neruis eadem medicabitur egris.
Illius succus deducit menstrua sumptus.



Pellit abortiuũ: medicamina cuncta maligna
Cũ vino sumptũ dicunt purgare per aluũ.
Melle sibi iuncto caligine lumina purgat.
Illius exprimitur autumni tempore succus
Quem desiccatum feruenti sole reponunt
Ad rerũ curã (quas dicim⁹ ante) salubrẽ.

¶ Chiron (vt referunt fabule) Cẽtaurus fuit saturni ꝛ phyllirie filius oceani filie hic non mõ centauros sed vniuersos sue etatis homines bonitate ꝛ iusticia superauit. Nauigauit cum argonautis quorum medicus fuit medicinam ꝛ herbarũ vires inuenit Medicinam Esculapius. Cytharã Achilles astrologiã Hercules ab eo didicerunt. Hic cum Herculis exceptus hospicio (vt narrat Plinius) pertractanti arma/sagitta/decidisset ĩ pedẽ: huius herbe medicamento sanatus est hic factum est vt ab aliquibus chironia a chirone ab aliis centaurea a centauro fuerit cognominata. species cẽtauree sunt maior ꝛ minor vt dixi de pluribus herbis suprascriptis. Sed quia maior est cognita per paucas species ego ꝑtermittens hãc centauream maiorem narrabo id est explicabo vires minoris quã credo notam id est cognitam cũctis vulgaribus. Ipsa minor centaurea dicit̃ esse virtutis desiccatiue. Ipsa centaurea minor conglutinat cõsolidat non modicum id est valde plagas recẽtes ꝛ ipsa superaddita ducit id est inducit cicatrices (dictas quasi circa cutẽ signa que ex vulneribus remanent) veteres id est vetustas decoctio id est elixatura illius prodest mire .i. valde illi qui patitur sciasim.i.sciaticam passionem si

it ſubiecta id eſt iniecta per anũ cum cliſteri ſup.
la centaurea minor ſedat mox id eſt ſtatim dolo
rem ſciatice ſup. hoc dico ſanguine detracto (nã
vt inquit Dyaſco. centau. mi. ſciaticis ano ſuppo
ſita ſanguinẽ prouocat ꝛ dolorem illius mitigat)
eadẽ centaurea medicabitur id eſt medicamẽ af-
feret neruis egris id eſt dolentibus. ſuccus illius
herbe ſumptus deducit id eſt prouocat menſtrua
pellit id eſt expellit abortiuũ id eſt infantulũ i ma
tris aluo ſuffocatum Medici dicũt cẽtauree mi.
ſumptũ cũ vino purgare per aluũ cũcta medica-
mina maligna idẽ ſuccus purgat lumina id ẽ ocu
los caligine id eſt obſcuritate hoc dico melle iun
cto id eſt addito ſibi. Succus illius herbe expri-
mitur id eſt exprimendo educitur tempore autũni
quem ſuccum deſiccatum pharmacopole ſup. re-
ponũtur in ſole feruenti ſalubrem id eſt vtilem ad
curam rerum quas diximus ante. i. ſuperius.

¶ De colubrina ſiue dragõtea her. liiij.

Erbã dragõtheã grecorũ quã vocat vſ9
Hec eadẽ vulgi lingua colubrĩa vocaf.
Quod colubro ſimilis maculoſo cortice
ſurgit.
Ex quibus antiquis expertũ credimus eſſe
Quod queat a ſimili colubrina venena fugare.
Quiſquis ſe trita radice perunxerit eius
Tutus ab incurſu ſerpentum dicitur eſſe.
Morſibus illarũ cũ vino ſumpta medetur.
Si iungas oleum cum ſucco ſeminis eius
Auribus infundens poteris ſedare dolorem.

Hoc succo lanam madidã si naribus addas
cõpesces morbũ qui polipus est vocitatus.
Sic etiã cancris magnũ solet esse iuuamen
Succo radicis eius caligo fugatur.
Et varij morbi que lumina perpetiũtur
Ex ipso puro si sint lita melle ve mixto.



Herbã dragõteã. Oratores politiori sermone hanc herbã dragõtiũ siue dracũculum appellant Cuius vsum mulieres grauide tanq̃ pernecabile venenũ euitare debẽt vt que solo olfatu abortũ

inferat. Est et alia herba cui nomē est scorpius de qua Pli. li. xxij. Ex argumento nomen accepit scorpius herba. semē enim habet ad similitudinē caude scorpionis folia pauca. videlicet et aduersus animal nominis sui. Hec eadē herba quā vs9 id est lingua grecorū vocat dragonteā vocat id ē appellatur lingua vulgi id est vulgari colubrina qꝫ id est quia surgit cortice maculoso id ē habēs pellē varijs maculis distinctā similis in varietate coloris colubro (qui serpens est in aqua viuens) ex quibus id est ex cuius coloris varietate credimus eē expertū ātiqs. i. ab ātiqsqꝫ qat fugare venena colubrina a simili id ē a similitudine. (Venenū colubrinum Lucanus tā eleganter tamqꝫ dilucide describit vt nihil supra. Signiferū iuuenez tyrrheni sanguinis aulū Torta caput retro dipsas calcata momordit. Vix dolor aut sensus dentis fuit. ipsaqꝫ leti Frons caret inuidia nec quicqꝫ plaga minatur. Ecce subit virus tacitū carpitqꝫ medullas Ignis edax. calidaqꝫ incendit viscera tabe.) Que sequūtur carmina serpentini veneni naturā mortiferā ad viuum effigiant.) Quisquis id est quicūqꝫ perunxerit se radice eius herbe, trita id est contrita: dicitur esse tutus ab incursu id ē ab infestatione serpentum Hec herba seu illi9 radix sumpta cum vino medetur id est medicamen prestat morsibus illorum serpentum. si iungas oleum cum succo seminis eius herbe tu infundens auribus id est intra aures poteris sedare id ē pacificare dolorem ipsarū si addas. i. apponas narib9 lanā madidā. i. madefactā in succo radicis ei9 herbe ꝯpesces. i. curabis morbū q̄ vocitat9 ē polipus. (Polipus nariū mor9 ē aquo poliposus

Martialis. Nasutum volo nolo poliposum. Est autē polipus excrecentia carnis in nariū cartilaginibus superueniens hominibus admodū perniciosus. Et dicitur a similitudine polipi piscis vaste magnitudinis cuius mirā magnitudinē scribit Lu. Asserunt autem rerum naturalium inuestigatores nullū esse animal atrocius ad enecandum hominē in aqua) etiā ille succus si adpositꝰ solet esse magnū iuuamen cancris. caligo id ē obscuritas oculoꝝ fugatur succo radicis eius herbe. ꝛ morbi varij que lumina. i. oculi perpet iūtur sanantur supple si sint lita. i. delibuta ex ipso succo puro vel mixto cum melle.

Et prodest oculis radix si manditur assa
Cum pusca granis ter denis seminis haustus
Lumina munda ferunt pulsa caligine reddi.
Si marcescentis illius floris odorem
Nare trahat pregnās. deponere fertur abortum
Vel si sit radix matrici subdita trita.
Puluis radicis eius cum melle iugatus
Tussim cōpescit sumptus: sedatqꝫ caatrrū.
Et confert emoptoicis hoc sepe iuuamen.
Pectoris humores exhaurit non redituros.
Omnibus his prodest radix si sumitur assa.
Istud idem faciet eius decoctio sumpta.
Eius cum vino radix venerem mouet hausta.
Prouocat vrinas: flagedenica vulnera purgat.
Si sit ꝛ trite cum melle brionia iuncta
Vulneris hec mūdat sordes: siringis curat.

Sola sibi iuncto maculas depellit aceto
Esse pedum viciũ dicunt cui peruio nomen
Est a pernitie membris patientis idipsum.
Plebs dicit mulam solet hec de frigore nasci
Amne dragonthee radices decoque tali
Pernio deletur: si sepius amne lauetur.

¶ Et pdest oculis ꝛc. si radix illius herbe mãdi tur id ē comeditur assa. i. assata pdest oculis. me dici ferunt id est dicunt lumina reddi. i. effici mun da hoc dico pulsa caligine ex terdenis granis. i. triginta granis haustus id est potionis seminis eius herbe cũ pusca id est aceto ꝛ aqua (que oxi- craton dicitur) Si pregnans trahat naribus id ē olfaciat odorem floris illius herbe marcescentis id est caduce fertur id est dicitur deponere id est educere abortũ Uel si radix trita sit subdita ma- trici. Puluis radicis illius herbe iugatus cũ mel le sumpt⁹ cõpescit tussim ꝛ sedat catarrũ id ē fluo rem cerebri ad imas partes corruentē ꝛ hoc iu- uamen cõfert sepe emoptoicis. i. sanguinē expuē- tibus Hoc iuuamē exhaurit. i. absumit humores pectoris id est thoracis non redituros. i. nũq̃ re- uersuros si radix ei⁹ sumit̃ assa. i. assata pdest his oibus morbis prius memoratis decoctio ei⁹ sũp ta facit idē medicamē radix ei⁹ hausta cum vino mouet. i. cõmouet venerē. Ipsa puocat vrinas ꝛ purgat vulnera fagedenica. i. q̃ serpũt comeden- do (dicta a fagin quod est comedere fiũt aũt hec vulnera ex humoribus colericis acutis ꝛ corrosi uis) si ipsa brionia herba sit iuncta ei dragõte tri- tee cũ melle hoc medicamen mũdat sordes vulne

ris curat ftrigia id est fistulas: ipa herba sola hoc dico aceto iuncto sibi depellit maculas. i. lentigines cutis medici dicunt esse morbū cui nomen est pernio impositum supple a pernicie mēbri patientis. Nam perna pedem significat. pernio eñi morbus est pedum ex nimio frigore prouenieus pſertim i extrema parte pedis. greci chimeola vocāt) plebs dicit idipsuz viciū pedū mulā. hec egritudo solet nasci de frigore decoque radices dragontee in amne id est in aqua pernio id est mula deletur .i. curatur si lauet sepius tali āne. i. decoctiōe co(lubrine.

De gaisdone herba. lij.



V satis a grecis & vulgo gaisdo vocat⁹
Nō modicū questū prebens tinctori-
bus herba.
De folijs eius tritis fiet cathaplasma.
Vulnera (magna licz) conglutinat atqz cruorem
Illorum sistit. reprimit quoqz tūsa tūores.
Cum melle teris hanc: sordida vulnera purgat
Emundat maculas: et sacro subuenit igni
Qui si iungens albumen eam superaddas.

¶ Usatis a grecis ꝛc. Herba vllā his nominib⁹ nuncupatam in euoluendis auctoribus medicine nundū vsqꝫ inueni. eam tamen esse cōiectura du-or que grana tinctorum a medicis recentiorib⁹ appellatur que et coccus et hermes dicitur. Nā ex ea purpuree vestes inficiuntur. Unde Marci-alis. Coccia famose donas ꝛ iātina meche. chri-stumqꝫ optimun maximun veste coccineaz fuisse vestitum sacre testantur litere. Preterea Silua. Dyascoet Serap. eadē fere dicunt de cocco que Macer de caisdone vsatis vocatus est a grecis vulgo. i. vulgariter gaisdo. herba prebēs. i. sup-peditans questō id est lucrum non modicū tincto-ribus id est qui artez exercent tinctoriam catha-plasma fiet de folijs eius tritis conglutinat vulne-ra licet sint magna atqꝫ sistit id est retinet cruorez si teris hanc herbā cū melle reprimit tumores. i. inflationes: purgat vulnera sordida id est virulen-ta emundat maculas ꝛ subuenit igni sacro id est persicco si tu iungens albumen aut superaddas id est superponas eam.



Elleborum geminas species testatur habere.
Album quod sursum purgat nigrūq deorsum
Vim siccam calidamq tenent et tertius illis
Est in vtroq gradus nigro violentius album
Dicitur: vnde prius dicam de viribus eius.
Suppositum quocūq modo depellit aborzū.

Narribus attractus sternutamenta mouebit
Illius puluis capitis pellentia morbos.
Miscetur confecturis/que lumina purgant:
Et multum prodesse ferunt vicijs oculorum
Pultibus admixtus mures puluis necat eius.
Et cum lacte datus est muscis perniciosus.
Dicunt per vomitum varios educere sumptum
Humores veteresque ferunt depellere morbos
Purgatur e tali vomitu vertigo vetusta.
Insanis melancolicis valet/atque caducis.

¶ Heleborus grecum est vocabulum quod latine veratrum dicitur ab eo quod mentem vertat De eo enim Pli.li.xxv. quippe etiam folijs constat mentem corrumpi si plura quam quattuor bibantur. cui. Persius medicine non ignarus vt inquit Bartholomeus fontius astipulatur. Non est hic ylias acci Ebria veratro hellebori frequenter meminit persius eleborum frustra cum iam cutis egra tumebit poscentes videas et alibi. diluis helleborum certo compescere puncto. Sed ad poetam nos conuertamus. Eleborum testatur habere geminas species: album quod purgat sursum id est per vomitum et nigrum quod purgat deorsum id est per secessum. tenent vim calidam et siccam et tercius gradus est illis in vtroque. album dicitur violentius. i. periculosius nigro. vnde dicam prius de viribus eius albi scilicet. Elleborum (Ellcborus tamen sub genere masculino ab oratoribus vsurpatur) suppositum quoque id est; quocumque modo depellit ab orzum. puluis illius attractus naribus mouebit ster

nutamenta pellētia id ē expellētia morbos capi-
tis(sternutamentū enim emunctoria cerebri pre-
sertim nariū collatoria aperiēs suo impulsu super
fluos capitis hūores expellit(pulvis ellebori mis
cetur c̄fecturis id ē medicamētis que purgāt lu
mina id ē oculos ꝛ ferūt id ē dicūt ꝓdesse multum
vicijs oculorꝫ: pulvis eius admixtus pultib⁹ id ē
pulmentis necat mures. ꝛ datus cū lacte est perni
ciosus id ē mortalis muscis. medici dicunt ipsum
sumptū educere varios hūores per vomitū ꝛ fert
id est dicūt depellere morbos veteres ꝛ vertigo ca
pitis(De qua pauca attingimus.) vetusta id ē an-
tiquata purgat tali vomitu ꝛ valet melancolis in
sanis quidā insania ab humore melācolico mediū
cerebri ventriculū ac animales spūs in eo conclu
sos corrūpente generatur quod persius nō ignos
rauit inquiēs. anticyras melior sorbere meracas.
ꝛ valet etiā caducis id ē morbo caduco oppressis
Sumebatur aūt elleborus tutissime in anticyra in
sula ad quā vt scribit plinius. liuius drusus naui
gauit cum cōiciali morbo laboraret sumptoqꝫ el-
leboro liberatus est.

Sepeqꝫ curatur sumpto limphaticus isto.
ydropicis in principio mire medicatur.
Emūdat lepram tetauū fugat atqꝫ podagram.
Confirmat tremulos, redeuntia tormina curat.
Diuersis vicijs stomachi sciasiqꝫ medetur.
Et tussi veteri febribus super omnia prodest
Quartanis annis iam pluribus inueteratis
Ingenti cura sumpturum Plinius istum
Admonet vt septem se preparet ante diebus.

Humectisq; cibis corpus bene temperet omne.
Nec sero cenet qui debet sumere mane
Et quando sumet iubet explorare serenam
Et calidam claráq; diem: ventisq; carentem.
Obseruare quidem curam si spreuerit istam
Passurum nimios affirmat eum cruciatus.
Elleborumq; iubet in pultibus antea coctum.
Intrepide dari: sic dicit non nociturum.
Hocq; dari ꝓhibet senibus puerisq; tenellis
Mollibus ⁊ timidis. animiq; viris muliebris.
Et macris nimium dicit non accipiendum.
In succo ptisane vel mulsa paneve coctum
Sumere precipiunt alij: sic vtile sumere dicunt.
Philon composito fertur scripsisse libello
Qualiter elleborum sit nobis accipiendum.
Inq; suis ypocras aphorismis istius herbe
Solius meminit: quam nouerat vtiliorem

¶ Sepeq; curatur. ⁊c. Lymphatic⁹ curatur hoc elleboro sumpto sepe. lymphatic⁹ idē quod insaniens ꝙ apud antiquos proditū erat qui nymphas que a lympha dicitur vidissent insaniebāt. plinius de helleboro. Medetur ita morbis comitialibus vertigini melācolicis insanientibus lymphaticis helleborus niger medicatur mire ydropicis in principio. nam si ydropisis fuerit confirmata cum iā cūctis egra tumebit hellebor̄ frustra poscētes videas vt iq̄t Persi⁹ enuūdat lepra nūdū tūꝯfirma tā q: imedicabil:s ē: fugat tetauū: q̄ morb⁹ ē neruos a suo motū secundū omnē positionē impedi-

ens) atq fugat podagram confirmat tremulos .i. tremore grauatos (qui morbus est lacertorum et quasi incipiens parasisis) curat tormina id est tortiões vẽtris redeũtia id est p paroxismos reuertẽtes. medeR vicũs diuersis.i.varijs stomachi et sciasi id est morbo sciathico et medicatur tussi et pdest super omnia febribus quartanis inueteratis iaz pluribus annis.) nã vt auctor est Auicẽna ad annũ duodecimũ nonũ q perdurãt) Plinius admonet sumpturum istum elleborum id est qui illũ sumere voluerit cura ingenti vt proparet se antesc ie bus septem et temperet id est humectet omne corpus bene cibis humeris id ẽ humidis. nec id ẽ et non cenet sero ille qui debet illum sumere mane et quãdo sumet iubet ipsum explorare id est eliger et diem serenã calidã et clarez et carentẽ veneris id ẽ actu venereo. q̃uidẽ id ẽ certe idẽ Plinius affirmat si spreuerit obseruare istã curã cum passuruz cruciatus id est angores nimios id ẽ intollerabiles: et iubet helleborũ antea coctum in pluribus .i. dari intrepide dicit ipsum sic nõ nociturum et phibet ipsum dari senib9 et pueris teneris et dicit helleborum nõ accipiendum esse ab omnib9 mollib9 id ẽ molles carnes habẽtibus et timidis et ai muliebris incõstantibus et mobilib9 vt aura et nimiuz macris Alij precipiũt sumere ipsũ coctũ in succo id ẽ liquore ptisane vel in mulsa et pane dicunt sumere sic eextile. Philo. fertur scripsisse libello cõposito qualiter ellebor sit nobis acciptẽdũ et ypocras imo ypocrates meminit illius herbe soli9 in suis amphorismis id ẽ in suo libro sentẽtias salutiferas succincto sermone complectenti (Hyppocrates enim quarta amph. particula helleborũ frequen-

tius' inculcat. vez decimoquarto quinto sexto septimo amph. ꝛ primo quarte particule amphorismo) quam herbam ypocrates nouerat id est cognouerat vtiliorem.

Plures scripserunt huius de viribus herbe.
Et quo sit sumenda modo/docuere quibusqꝫ
Nō tamē inueni cōplura volumina voluens.
Ullum: qui certum pondus donare iuberet
Illius: dixisse satis se credo putabant
Cum iuxta vires / etates / tempora dandum
Jussissent: michi vero satis non esse videtur
Tutum. rem: subitū, que confert sepe periclum:
Commendare dari cuiqꝫ sine pondere certo.
Plinius vt scribit: themison donare solebat
Ellebori dragmas geminas: tribuisse sequentes
Bis binas etiam confirmat. non tamē ipse
Pondere: quos iubeat sunt: statuisse videtur
Cū tamen ellebori nigri iubeat dare dragmam.
Quattuor aut scrupulos: michi significare videt
Albi dimidium pondus tantū modo dandum
Quod longe nigro violentius esse fatetur

¶ Plures scripserūt. ꝛc. Plures auctores scripserunt de viribus huius herbe ꝛ docuere quomodo sit sumēda ꝛ a quibus. tamen ego voluens .i. euoluēs cōplura: nō dicas qꝫ plura sed complura aut qꝫ plurima: volumina id ē multos codices non inueni vllum auctorē qui iuberet donare certum pondus: Nam io. mes. elleborum albuz oino

vitandũ hortatur qꝛ prefocatiuus est nigri vero
dosim assignat a charitatis sexvsqꝫ ad tertiã drag
me vnius: putabant vt credo se dixisse satis illius
põderis seu dosis cum iussissent dandum iuxta v
res etates ꝛ tempora vero id ẽ sed nõ videtur m
chi satis tutũ cõmendare dari nunqꝫ; rem id ẽ me
dicinã que confert id ẽ infert periclũ id ẽ periculũ
subitũ id est repentinum sine pondere certo them
son vt Pliniꝰ scribit. solebat, dõare geminas drag
mas ellebori etiam cõfirmat sequentes ipsum tr
buisse dragmas bis binas id ẽ quattuor tamen ip
se Plinius non videtur statuisse quo pondere de
beat sumi. Cum tamen iubeat dare dragmam vnã
ellebori nigri: aut quattuor scrupulos: videlicet
dragmã vnã cum vno scrupulo: idem Pli. videtur
mihi significare dimidium pondus hellebori albi
id est dragmaꝫ semis esse dandum tantummodo
quod helleborum album fatetur esse violẽtius id
est impetuosius lõge id est valde helleboro nigro.

¶ De helleboro nigro herba. lvij.

ELleborũ nigrũ non est adeo violentum
Nec formidandũ qꝫtũ qð diximꝰ albuꝫ
Hoc quoqꝫ pcipiũt veteres i lẽte coqndũ
Aut in viscellis sic insanis medicari.
Assumptum dicunt: ꝛ sic prodesse podagre.
ydropicis mota febre dicitur auxiliari.
Miram sentit opem sumpto paraliticus illo.
Et varios bibitum morbos leuat articulorum.
Educit coleras varias: ꝛ flegma per aluum.



Elixature potu caligoq; fugatur.
Duritias suppuratas factum cathaplasma
Concoquit ⁊ purgat: vacuat ciringia collo.
Infixus modicum radicis surculus eius
Postq; dies geminos sit surculus ille remotus.

¶ Hoc helleboro hui⁹ tēpestatis hoies pq; raro vtūtur: albū prorsꝰ tā q; venenū mortiferū deuitantes Sunt enim hominū corpora nunc ad quādā effeminationē redacta. helleborus aūt niger non conuenit nisi robustis corpibus ⁊ animosus vt inquit Ioh. mesue etiam forti infirmitati. quatinus forti infirmitati fortis medicina occurrat vt Gal.

est auctor. Helleborū nigrū nō est adeo violētum nec formidandū id ē metuendū Quantum illud quod diximus id ē nominauimus albū quoqȝ id ē etiaȝ veteres precipiūt hoc helleborū esse coquendum in lente id ē in succo lēticule vt inqt Dyasco. ad refrenendū eius effrenitatē. Nam lētis substantia sistit ventrē teste Gale. Aut in viscellis vt ait Auicenna medici dicūt ipsum sic assumptuȝ medicari insanis id est melēcolicis. ⁊ dicunt prodesse sic podagre. hoc helleborum dicitur auxiliari ydropicis cis hoc dico febre mota paraliticus sentit id est percipit opeȝ mirā id ē mirabilē hoc dico illo sumpto Et leuat id ē subleuat bibitū id ē quando bibitur varios morbos articulorū vt syaticā: podagram cyragrā. Nam vt inquit mesue helleborū est ex rebus solēnibus ad mūdificandū cerebrū ⁊ neruos quos predicte egritudines infestant: helleborum educit coleras varias. s. colerā rubeam: citrinam nigrā: ⁊ permixtā cum phlegmate: vt ait Mesue: ⁊ educit phlegma per aluū id ē per ventrē caligo id ē obtusitas visus fugat id ē clucidatur potu eli xature id est aque decoctionis hellebori cathalasma helleborifactum conoquitid est digerit duricias suppuratas que videlicet remanent induras indurate post suppurationeȝ apostematis ⁊ purgat eas duricias. surculus. i. paruus ramusculus ramuscul⁹ qualis in inserēdis arboribus adhiberi solet radicis eius hellebori infix⁹ modicū i collo vacuat id ē purgat cirigia id est fistulā lachrymalis oculi ⁊ ille surcul⁹ id ē paruū frustrū illius radicis sit remotus post dies geminos. i. duos.

Ordea quā dederint contrito iunge farinam
ydropicis tumor appositis siccabitur istis.

Menstrua suppositum purgat. depellit abortum
Auditum reddit si surdis auribus illud
Imponas et post viduū triduum ve repellas:
Appositum tollit maculas eius cathaplasma.
Emundat lepras. scabies quascūq; repellit.
Ore diu tentum: quo coxeris illud: acetum
Dentis non modicum dicunt sedare doloeem.
Ellebori nigri precepit plinius vnam
Donari dragmam leuiter sic promouet aluum.
Plusq; bibinos obolos vetat accipiendum.

¶ Ordea q̄ dederit. etc. Iūge farinā quā ordea dederit id ē farinā ordeaceā helleboro nigro con trito tumor ydropici siccabit hoc dico istis scz hel leboro et farina ordei appositis. helleborū suppo sitū purgat mēstrua depellit abortū reddit id ē re stituit auditū si iponas illud surdis auribus: dūtñ illa surditas nō sit origialis qm̄ manet isanabilis et repellas illō p⁹ biduū āt triduū cathaplasma ei⁹ scz hellebori emūdat id ē purificat lepras id ē al baras. et morpheā q̄ vestigia sūt lep̄ qm̄ fiūt ex erro re ꝟtutis assimulatiue sicut lepra sz nō ē viciū in forma carnis i eis sicut i lepra vt iqt Gale. repel lit id ē mūdat quasq; scabies id ē ēptigies prurigies et alia id gen⁹ auctores dicūt acetū i quo co xeris illud hellebor̄ tm̄ id ē volutatū diu i ore id ē in gargareƺe sedare dolorē nō modicū id ē imode ratū dētis. Pli. ꝑcepit dō ari dragmā vnā hellebo ri nigri ꝓmouet id ē ꝓuocat sic leuit̄ id ē celeriter aluum id ē ventrem per secessum. Plinius vetat helleborum nigrum accipiendum plusq; id est vl tra obolos bis binos id est quattuor.

De verbena herba .lviij.



Verbenam gerobotanū peristereonq̄
Appellāt greci. spēs hec fert habere
Binas. effect⁹ est idem pene duabus
Cum vino iuuat ictericos si sepe bibatur
Pestiferos morsus curat superaddita trita
Cum vino renouanda quidā per quattuor ista
Est medicina dies horis bene vulnera purgat.
Illius succus tepidus si voluitur ore
Hoc quoq̄ facta recens herbe decoctio prestat.

Hac etiam queuis putredo repellitur oris.
Si tepefacta diu voluatur fauce sonora.
Glutinat herba recens vulnus superaddita trita
Occurrit cunctis cum vino sumpta venenis.
Que furit alternis febris accedendo diebus
Pellitur hac. tribus assumptis radicibus eius
Cum totidem foliis potetur aqua resoluta
Ista prius pauens q̄ frigus sentiat vllum.
Hocq̧ modo febribus quartanis illa medetur
Bis binis foliis cum tot radicibus haustis:

¶ Verbenam superstitiosa gentilitas olim maximis prosequebatur honoribus. Nam iherobotane id est herba sacra dicebatur ꝓpterea q̄ in sacrificiis adhibebatur Therentius in andria. Exara hinc verbenas sume. Uirgilius. cinge hec altaria vitta. Verbenasq̧ adole pingues. Ea semper legati cum ad hostes mitterentur coronari solebāt: eandem herbam sagmina vocabant quos ea corona insignitos qui violasset inexpiabile scelꝰ commisisse existimabatur Nunc quoq̧ ea herba diu ꝑcursori sacra habetur ⁊ ea die illius festo passim coronantur Quod Baptista mantuanus poetarum christianissimus in suo illius diui precursoris opusculo eleganter cecinit. ¶ Nos quoq̧ ne mores dampnare putemur auitos. Verbenis gerimus tempora cincta tuis. Grecia appellāt verbenam gerobotanū ⁊ peristeron hec herba fertur id est dicitur habere binas species. Idem effectus est pene id est fere duabus speciebus. Hec herba iuuat ictericos si bibatur sepe cum vino. verbe=

na trita cum vino superaddita curat morsus pe-
stiferos quidam id est certe ista medicina est reno
uanda p quattuor dies vt suũ consequatur effectũ
in morsu pestifero supple. si succus tepidus illius
herbe voluitur in ore purgat bñ vulnera oris quo
q3 id est etiam decoctio recens facta illius herbe
prestat hoc id est eundez effectũ etiã queuis id est
quecunq3 putredo oris repellitur hac decoctiõe
si ipsa decoctio tepefacta voluatur diu fauce sono
ra vt fieri solet in gargarismis hec herba trita su
peraddita glutinat id est cõsolidat vulnus recẽs:
id est recẽter illatum Ipsa herba sumpta cũ vino
occurrit cunctis venenis. Febris que furit id est
affligendo dieb9 alternis id ẽ de tercio in tercium
scilicet febris terciana pendens ex colera que ig-
nea est et acuta. Hic poeta signato verbo vsus est
furit: nõnulli eñi morbi presertim a colera suborti
furiosi dicũtur similitudie capta ab aĩalib9 brutis
hec sunt verba galeni cũ aĩalia ad coitũ furiãt in
loco vno stare nõ pñt pter nimiã sui cõcupiscen-
tiam que mouet ea ꝛ facit furiosa. Itidez ꝛ humo
res aliquando se mouẽt ꝛ infirmo nocẽt de mem-
bro ad membrum currentes hec Gal. febris ergo
terciana pellitur id est educitur hac herba hoc di
co tribus radicibus eius herbe assumptis cuz to
tidem foliis eius herbe. Ista aqua resoluta ex pre
dictis radicibus ꝛ foliis potetur priusq3 patiens
sentiat vllum frigus. non est tamen verum frigus
sed horripilatio: ꝛ illa herba medetur hoc modo
febribus quartanis hoc dico bis binis: id ẽ quat
tuor foliis haustis cum tot radicibus.


Illius in vino si sit decoctio facta

Conuiuas hilares inter conuiuia sparsa
Reddere narratur vt iam prescripta buglossa.
Hanc herbā gestādo manu si queris ab egro
Dic frater: quid agis? bene si respōderit eger
Viuet. si vero male: spes est nulla salutis.
Ex hac cōpositam quidam iussere coronam
Apponi capiti causa quacunq; dolenti.
Sic dicunt illam celerem conferre medellam.
Plinius affirmat hanc omnibus esse salubrem
Visceribus, lateris iecoris morbisq; querelis
Pectoris & vicijs & precipue medicari
Pulmonum causis hanc asserit ille ptisis
Parotidas reprimit adipi cōmixta vetusto
Herbam: cui nomen folijs de mille dedere
Betonicamq; pari verbene pōdere iunge
Hec mixta potētur aqua nullum med camen.
Vtilius credunt illis: quos calculus angit
Nō modicum laudare magos hanc asserit herbā
Plinius hanc cunctis dicūt obsistere morbis.
Et qd quisq; petet hac impetrare per unctum
Sic & amicitias captari posse potentum
Depelli febres & plurima talia fingunt
Que q̄uis natura potens cōcedere posset
Vana tamen nobis & mania iure videntur.

¶ Illius in vino. &c. si decoctio illius sit facta in vino sparsa id ē dispersa inter cōuiuia narrat red dere id ē efficere cōuiuas hylares vt bulgossa ias

prescripta. Si queris ab egro gestādo hanc herbam manu o frater quid agis id est quo modo vales: si eger responderit bene viuet id est conualescet si vero responderit male valeo: spes & nulla salutis. hoc empericū est superstitiosam sapiens gentilitatem & inter euangelica dogmata muliebrium instrumentorum que colos appellant conumerandum salua tamen pace auctoris qui veterū cogmatum est recitator. Quidam auctores iussere coronam compositam ex hac herba apponi capiti dolenti ex quacunqꝫ causa dicunt illam herbā cōferre medelam celerem sic applicatam. Plinius affirmat hanc esse salubrem id ē medicinalem omnibus visceribus id ē mēbris interioribus & morbis & querelis iecoris id est epatis & vicijs id est egritudinib⁹ pectoris & Pli. asserit illā herbā medicari precipue causis id ē egritudinibus pulmonum & ptisi reprimit parotidas (de quibus aliqd perstrinximus) commixta adipi id est axungie vetuste iunge id est coniunge herbam cui medicinel auctores dedere nomen de millefolijs. scilicet millefolium & iunge bethonicam pondere pari id est equali verbene. hec potentur in aqua mixta non credunt vllum medicamen vtilius illis quos calculus angit id ē affligit. Plini⁹ asserit magos laudare nō modicū hāc herbā ipsi magi dicūt hanc herbā obsistere cūctis morbis & dicūt hominē ꝑunctū hac herba īpetrare qdcūqꝫ petet & dicunt amicitias potētū. i. ꝑncipiū posse captari (nō captiuari vt rudūt asellibi pedes & febres pelli. fingūt id ē comminiscuntur plurima talia que ꝗuis natura potens posset concedere tamen videntur nobis vana id est ludibriosa & inania id est momen-

anea iure. Magus psicū est vocabulū quod sa-
piētē designat. greci philosophos. latini sapiētes
galli druydas. egypti pphetas iudei gymnosophi
stas. assiri caldeos. virū sapiētia preditū appellāt
omnes. Picus mirandula vir incredibili doctri-
na pollens viam dicit magiam non vituperio sed
potius laude dignissimam que astrucissimas re-
rum naturalium causas eruit in lucem vnde ad-
mirabiles effectus emergunt cum rite applican-
tur. Aliam vero prorsus e medio tolendam que in
astrologice vanitatis supersticione consistit



¶ De germandrea herba.lix.

G Amedreos grece q̄ germandrea latine
Dicit hāc herbā calidā siccāq fatētur
Terti⁹ ē i vtroq grad⁹ depellit abortū
Si mixta potetur aqua tussiq medetur
Cōquassata iuuat: si mixta bibatur aceto.
Spen siccat. purgat cū vino mēstrua sumpta
ydropicis in principio sic sumpta medetur.
Sic quoq pestiferis occurrit morbus illa.
Cunctis predictis ꝓdest superaddita trita
Sordēs purgabit vulnus: licet inueteratum
Si cum melle teras: ⁊ trita desuper addas
Gamedreos oculi succo cum melle peruncti
Dicuntur clari dempta caligine reddi.
Si tritam misces oleo corpusq perungas
Pellet frigorē reuocabit ⁊ ipsa calorem.

¶ Gamedreos grece ⁊c. Plinius hanc herbam quercul̄a appellat. a serapiōe vero quercus terre nominatur greci ill̄a nuncupant gamedreos latini germandream. Nunc vero vsus obtinuit vt camedreos vocitet. Greci enim vbi ꝓferimus gamā litterā. i. g. ꝓnunciant gamedreo grece que dicit latine germandrea medici fatentur id est dicunt illam herbā calidam ⁊ siccā. Tertius gradus est in vtroq. si ipsa potetur cū aqua mixta depellit. i. educit abortū ⁊ medetur id est medicatur tussi. iuuat cōquassata membra sup. si bibatur mixta aceto siccat id ē desiccat splen. ipsa sumpta cuz vino purgat mēstrua ipsa sumpta sic id ē cū vino mede-

tur ydropicis in principio (euacuendo videlicet materiam aquosam per vias vrine quequidã materia aquosa ab imbecillitate digestiue epatis generata cũ inuenit viam sibi preclusum a gibbo epatis ad renes ex industria nature subĩtrat duos meatus per quos infantulus in latibulis genitalibus obuolutus ⁊ alimentum capere ⁊ vrinam emittere solebat hos autem meatus cũ infans primum prodit in lucem obstetrix diligenter obstruit vnde fit vt huiusmodi aquositas inter pãniculos siphac ⁊ mirach via resudationis paulatim decidat quare sequitur ventris tumor)quoq; id est ẽt illa occurrit morsibus pestiferos id est venenosis ipsa herba trita superaddita prodest cunctis predictis egritudinibus.ipsa purgabit id est mundificabit vulnus sordens licet sit inueteratũ qđ male morigeratum appellant si teras eam cũ melle ⁊ addas ipsa scilicet camedreos ⁊ mel trita id ẽ cõtrita oculi dicuntur reddi clari id est perspicaces perruncti succo camedreos hoc dico caligine dẽpta id est ablata.si misces hanc herbã tritam oleo id est cum oleo oliuarum ⁊ perungas id est dilinias corpus pellet id est expellet frigorem ⁊ ipsa reuocabit calorem naturalem. ¶Calor enim ⁊ frigus contraria sunt quorum natura est ab eodem subiecto mutuo se expellere vt aiunt dyalectici frigor sub genere masculino macer hoc in opere frequẽter vsurpat quod ⁊ Alexander yatros factitasse legimus. oratores tamen atq; poete sub genere neutro collocant. Uirgilius Ex tẽplo enee soluũtur frigore membra.

¶De maurella herba.lx:



Herbā(quā greci strigū)dixere latini
Maurellā dicūt vis eius frigida valde ē.
Dicitur auricule mire sedare dolorem.
Illius succus si sensim funditur intus
Egilopis strigui dicunt cathaplasma mederi
Istud idem dicunt capitis prodesse dolori.
Una cum striguo si sal panisqꝫ terantur.
Parotidas reprimit cathaplasmatis addita more
Strigui prurigo depellitur illata succo.

Succus suppositus fluxū stringit muliebrē
Contritis eius folijs coniuge polentam
His supappositis sacer ignis & herpeta mordax
Dicitur expelli si vero iunxeris istis.
Argenti spumam/ cerusam/oleūq; rosatum
Fortius & melius predictū fit medicamen.

¶ Huic herbe solatro seu maurelle nomen ē cuius proprietas peculiaris experitur a sua cōplexione multū abhorrens. quod tñ dignū miraculo videtur cū presertim auctore Auicenna cōplexio ad proprietatē disponat. (& sua inquit operās substantia est illud quod forma sue speciei operatur quā acquisiuit post cōplexionem q cū eius simplicia se cōmiscuerunt & ex eis generata fuit res vna preparauit se ad recipiendū speciē & formā additā super illud quod habent simplicia. Hec Auicēna) Nihilominus proprietas seu forma specifica & cōplexio in solatro longe discrepare videntur. Nam solatrū frigidū est in tercio gradu cuius frigiditatis operatio est inspissare & compingere stupefacere que resolutioni omnino aduersant. Attamen solatrum a specifica proprietate a cerebri apostema resoluit vt franciscus de pede montiū testificatur. Qui huiusmodi nodum Galeni auctoritate fretus hunc in modum dissoluit. plurima que simplicia videntur ad sensum composita sunt secundum virtutē itaq; ex tali compositione acquiritur alia cōplexio quā sequitur proprietas diuersa a prima complexione a qua principaliter dependet coctio sicut in solatro est videre ī prima enim eius substantia est frigiditas stupefactiua.

in secunda vero substantia superficiali est pauca calidita quam sequitur caliditas resolutiua que in operatione resoluendi conueniunt semper hec Franci. de pede mon. Simile in scorpione cōprobatur qui licet sit frigidus lapides renū comminuit. sed hec forte puerili ingenio altiora sunt. ad infima ergo relabamur. Latini dicunt maurellam herbā quam greci dixere strigū. vis id est complexio eius est valde frigida scilicet in tercio gradu vt inquit Gale. hec herba dicitur sedare mire dolorem auricule si succus illius herbe funditur sensim id est paulatim intus id est intra aures auctores dicūt cathaplasma strigui mederi id est sanare egilopas (de quibus diximus) ꝛ dicunt istud idem cathaplasma prodesse dolori capitis : si sal ꝛ panis terāt vna. i. simul cū striguo addita. i. sup posita more cathaplasmatis reprimūt parotidas .i. apostemata auriū prurigo .i. empetigo seu minuta scabies vel scalpēde cutis desiderium illita id est delinita succo strigui depellitur id est abijcit Succus maurelle suppositus matrici sup. stringit .i. restrigit fluxū muliebrē. i. mēstrua imoderata: cōiūge polentā folijs eius contritis id est simul tritis ignis sacer id est persicus ꝛ herpeta mordax id est corrodens dicitur expelli id est curari his. s. farina aque immixta ꝛ maurella superappositus vero id est sed si iunxeris istis spumā argenti (que dicitur argiritis) cerusam de qua diximus ꝛ oleū rosatum medicamen predictum fit fortius ꝛ melius id est efficacius.

¶ De iusquiamo siue de caniculata herba. lxi.



IUsquiamū greci(quā nři caniculatā)
Dicūt huic herbe virtꝰ ē frigida valde
Tres habet hec species semen profert
prior album.
Altera subrufum producit/tercia nigrum:
Nobilior reliquis est semen que gesserit albū.
Pro quo(si desit mos est apponere rufum.
Nigrū vero frequens medicorum respuit vsus
Jusquiami folijs contritis adde polentam

Hec adhibendo potes quo suis curare tumorē
Sic mire calidā potes infrigidare podagrā.
Auribus infusus vermes succus necat eius.
Illarūq; solet varios leuare dolores.
Ore diu tepidū si contineatur acetum
Quo sint decocte radices illius herbe
Dicitur immodicum dentis pacare dolorē.
Expressus succus contriti seminis eius
Viscosum calidūq; potest cōpescere reuma.
Si fuerint oculi patientis sepe peruncti.
Seminis illius obulus cum semine mixtus
Miconis pariter cū mulsa sumitur illis
Utiliter fluxum matricis que patiuntur.
Et dicunt emptoicis si posse mederi.
Vel quocūq; modo sanguis iactetur ab ore
Dicitur hic potus medicari sepius haustus.
Cum vino tritū semen cathaplasmaq; factū
Mammas et testes dicunt curare tumentes.
Emplastris multis apponitur antidotisq;
Infert sicut olus hec herba comesta maniā
Prestat idē succus in quouis vulnere fusus.

¶ Cum huius herbe a medicis tres numerētur species a duabus omnino tanq; a veneno pestifero (si Galeni consilio fides adhibeatur) abstinere debemus. Galeni enim verba sunt hec. Opportet q caueatur ab his ambabus speciebus (scilicet a nigra et subrussa) et nō vtatur eis quis quia non

st iuuamentum in eis scilicet occidūt. ¶ Alia ve
o specie vti permissum est. Sed tamen discretio
ne adhibita propter eius exuberantem frigidita-
tem. ¶ Nā vt inquit Auicenna Frigidū est mor-
tificans. ꝛ paraliticum faciens ꝛ ab omnibus p-
hibens operationibus. ¶ Greci appellant her-
bam iusquiamum quā nostri id est latini dicūt ca-
niculataꝫ. Jusquiamus habet tres species prior
id est prima species profert id est producit semen
album. altera producit semen subruffum tertia p
ducit semen nigrum. ¶ Jlla species est nobilior
id est prestantior reliquis duabus speciebus que
gesserit id est protulerit semen album. pro quo ius
quiamo albo mos ē apud medicos apponere ius
quiamum ruffum. vero id est sed vsus frequēs id
est assuetus medicorum respuit id est reÿcit nigrū
adde polentam id est aquam farine immixtam fo
lÿs iusquiami contritis potes curare quosuis tu
mores id est quascūqꝫ inflationes adhibendo. id
est applicando hec medicamenta. potes infrigi-
dare podagrā calidam a sanguine vel colera seu
phlegmate salso pendentem sic. Succus eius her
be infusus auribus necat id est interficit vermes
qui in auribus gignuntur. Et idem succus solet
leuare id est alleuiare varios dolores illarum au
rium. Si acetum tepidū contineatur diu in ore in
quo aceto radices illius herbe sint decocte dici-
tur placare dolorem immodicam. id est intempe-
ratum dentis. (Dumtamen materia dolorem effi
ciens sic calida) succus seminis eius herbe con-
triti expressus potest cōpescere reuma. i. cōplexio
nem caducis quam greci reumatissimos appellāt

viscosum id est glutinosum ꝛ calidum. id ē a visco sa ꝛ calida materia procedentem: si oculi patientis fuerint perūcti sepe eo succo. obulꝰ seminis illius iusquiami mixtus cum semine miconis id ē papaueris albi sumitur pariter id est simul vtiliter ab illis mulieribus que patiuntur fluxum matricis immoderatum (supple) obulus secundū matheū siluaticum semen significat. ¶ Ait enim loquens de iusquiamo. obulo id est cum semine miconis ꝛ mulsa mixtus ꝛ bibitus fluxui matricis ꝛ sanguinē reijcientibus opitulatur) ꝛ medici dicūt iusquiamū posse mederi emoptoicis id est sanguinem expuentibus vel quocūq3 modo sanguis iacietur id est euomatur ab ore hic potus haustus sepius dicitur medicari id est medelā afferre: medici dicunt semen iusquiami albi tritū cum vino hoc dico cathaplasmate facto curare mām̄as et testes tumentes id est inflatos hec herba apponitur multis emplastris ꝛ antidotis id est medicaminibus. ipsa herba comesta sicut olus aut alia herba satiua aufert munera vite .(intensa enim frigiditate calorem extinguit naturalē) succus fusus in quouis id est quocūq3 vulnere p̄stat idem id est mortem inducit hyp. amph. v. vlceribus frigidum mordax cutem indurat: dolorē sine sanie facit nigrores/rigores/spasmos/ ꝛ tetanos ꝛ in alio amph. ¶ Calidum quidem determinans ꝛ amicum. Frigidū vero contrarium ꝛ occidens hec hyppo.

¶ De malua herba. lxij.

Dixerunt maluam veteres q̄ molliat aluū
Esse cacostomacā sextus niget asserit illam.



Atq diascorides. tamen interioribus ambo
Sumptã sicut olus multum prodesse fatentur
Et sic vesice dicunt illam medicari
Sicq venenosis occurrere potibus illam.
Hi quoq confirmant malue folijs salicisq.
Ex equo tritis citius meliusq cruentum
Sanari vulnus emplastris q̃ preciosis.
Addunt auctores ipsi quod malua potenter
Cõquassata iuuet adipi commixta vetusto.

Unius caulis radix admota dolori
Dentis sedat eum venerem stimulare refertur.
Hec eadē femori si lino adnexa geratur
In lana nigra tectam si gesserit illam
Femina mā̄marum dicūt occurrere morbis.
Scripsit abortiuā thebanus olimpius illam
Si resolutus adeps miscebitur anseris illi
Et si subdatur veluti pessaria vulue.

¶ Dixerunt maluā ꝛc. Maluā nōnulli omnimorbiam appellauere Autumantes si quis quotidie succi eius dimidiū sorbeat cyathū omnibus morbis cariturū. Ueteres dixerunt maluā ꝙ id ē q̄a mollitat id est remolliat aluū durum ꝛ stipticū. sextus niger medicus vetustissimus asserit illā castomacam id est stomacho incipidā a cacos malum atq; dyas. idem asserit: tam est ambo niger ꝛ dya. fatentur illā sumptam sicut olus multū prodesse interioribus mēbris ꝛ dicunt illam medicari sic vesice id est strangurie ꝛ dissurie ꝛ dicunt illam occurrere potibus venenosis id est intoxicatis. quoq; .i. etiā hi auctores confirmant vulnus cruentum id est sanguinolentum sanari melius ꝛ citius emplastris q̄ȝ preciosis id est valde preciosis q̄ȝ tamen pro valde ex oratorum consuetudine nunq̄ȝ asciscit positium sed supellatiuum factis sup. ex folijs malue ꝛ salicis tritis ex equo id est in equali pondere. ipsi auctores medicine addunt .i. adiungunt ꝙ malua commixta adipi vetusto iuuet potenter membra cōquassata radix vnius caulis maluacei supple que altera dicitur) admota dolori dentis sedat illum dolorem sed ipsi auctores

fatentur ipsam alteram stimulare venerem si hec
eadem radix altera geratur adnexa id ē alligata
femorꝛ lino id est cum filo lineo (dicitur femur a
ferendo ꝙ his precipue partibus sustineatur ani
mal) si femina gesserit illam radicem: tectā id ē o
pertā in lana nigra medici dicunt occurrere mor
bis mām̄arum olimpius thebanus medicus scri
psit illam abortiuam id est abortum facientem si
adeps anseps resolutus id est eliquatus miscebi
tur illi radici ꝛ subdatur id est supponatur sic vul
ue veluti pessaria (que sint pessaria iam est decla
ratum.)

Contritis folijs illius cum sale pauco
Egilopas pelles succoq; medeberis eius.
Puncturis apium cui si coniungis oliuum
Corpus ꝛ inde linas: apiū te nulla nocebit
Decoctam lotio capiti superaddito maluam
Sic turpes acoras pelles furfurq; nociuū.
Decoctis eius folijs si iungis oliuum.
Extingues ignem sacrū cathaplasmate tali.
Et combusturis illo bene subuenis illis
Duritias stericas eius decoctio mollit.
Intestinorum causis matricis ꝛ ani
Hec eadem mire prodest: si subditur illis.

¶ Contritis folijs ꝛc. Pelles egilopas id est fi
stulas in angulo oculi diu fluentes ex folijs eius
malue contritis cum sale pauco .i. modico. ꝛ me
deberis id subuenies puncturis apium succo eiꝰ
cui succo si coniungis oliuum id est oleū oliuarū
ꝛ linas .i. illinias corpus inde id ē tali linimento

nulla apium nocebit.i. infestabit te(quod linimen-
tum comparatu ꝙ facilimum agricolas apiū al-
vearia tractantes latere non debet) superaddit
id est superposito capiti maluam decoctam lotio
id est in vrina pelles sic acoras id est tubera capi-
tis ꝛ furfur id est sordes capitis triticei furfuris
similitudinē pre se ferentes.(lotiū autem vrina
a diluendis corporibus appellata.vnde picus mi-
ran.contra astrologos.lege libros pronosticorū
hyppocratis nūꝙ illum inuenies egri statum fu-
turū inter sydera querere.vt qui sciret hec magis
ex lotio queri ꝙ ex astro ꝛ de pulsu venaruꝫ ꝙ de
motu sperarum certius precognosci(si iungis o-
liuum foliis malue decoctis extingues ignem sa-
crum tali cathaplasmate.ꝛ subuenis bene cōbu-
sturis illo cathaplasmate decoctio eius mollit du-
ricias stericas id est matricales hec eadem pro-
dest mire causas id est egritudinibus intestinorū
matricis ꝛ ani si subditur illis.

¶ De pericella herba.lxiiij.

Herba solet lapathi vulgo pericella vo-
cari.
Illius species dicūtur quattuor esse
Par tamen est ferme vis omnibus in medicina
Omnibus est illis feruens austeraqꝫ virtus
Vn̄ quidē stomachū cōfortat sumpta soletqꝫ
In stomacho clausum per ruptus pellere ventus
Sūptaqꝫ sicut olus fertur restringere ventrē
Pruritus mordax scabiesqꝫ cutis laceratrix.
Illius tepida cedunt aposimate facto.
In vino cocte radices ꝛ bene trite



Apposite scrophas compescunt perotidasq;
Eius sepe tepens si coctio gargarizetur
Uuas sedabit tumidas dentisq; dolorem.
Hoc dissintericos potu iuuat: ⁊ ciliacos.
Pellitur ac tepida dolor auris si foueatur.
Decoctas valido radices eius aceto
Et tritas spleni superaddas sepe tumenti.
Quãuis nõ modicũ reprimet siccãdo tumorẽ.
Cum vino vel aqua radicũ coctio facta.

Menstrua restringet potu lapidesq; repellit.
Hec eadē iuuat ycterícos: suspensaq; collo
Illius radix scrophas nasci prohibebit.

